

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitur

Qui D. Johannis Gerhardi Continuationis Partes Tertiam, Quartam,
Quintam, Eamque postremam complectitur - Denuo nunc in Lucem prodit,
Cum jndicibus ...

**Gerhard, Johann
Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp**

Hamburgi, MDCCIII

VD18 90617819

Caput CCXVI. Christus Discipulis Suis In Monte Qvodam Galilaeae Apparet.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17617

ficatus est. Ut Scriptura Vet. Test. est *Ἰεσοῦδος* 2. Tim. 3. v. 16. ita quoque Johannis Evangelica Historia ex immediato Spiritus sancti afflatu edita & conscripta est. 4. quia est *Ἰωαννης* & *Ἰωαννης*, Johannes non minus quam reliqui Apostoli in Christi nomine miracula edidit, quibus prædicationis & scriptionis suæ veritatem comprobavit, iisdemque divinam auctoritatem conciliavit, inde ergo scimus, quòd verum sit testimonium ejus. Nobis convenit ex toto corde Deo gratias agere, quòd unà cum reliquis Canonicis Vet. ac Nov. Testam. libris Ev-

angelicam Historiam à Johanne conscriptam, inter tot persecutiones, Satanae ac mundi furores, in qua tanta hominum ingratorum perversitate ad nostra usque tempora clementer conservare voluerit, quo sancto labore tum demùm rectè utemur, si ex illis Christum agnoscere, eidem firmâ fide adherere, & sanctis eum obsequiis ad nostram salutem colere discamus.

*Dilige me, duc me, sic te redamare potis sum,
Et quocumq; vocas te bone Christe sequi.*

CAPUT CCXVI.

CHRISTUS DISCIPULIS SUIS IN MONTE
QUODAM GALILÆÆ APPARET.

MATTH. 28. v. 16. MARC. 16. v. 15.

RATIO ORDINIS.

Articularem manifestationem Christi factam coram septem discipulis circa mare Galilææ, quam describit Johannes cap. 21. sequitur solennis illa & publica manifestatio coram magna discipulorum frequentia in monte quodam Galilææ facta, quam Matthæus c. 28. describit. Quamvis vero dies hujus manifestationis non sit expressus, ex circumstantiis tamen non improbabiler colligitur, paulò ante reditum Apostolorum ex Galilæa in Judæam, octiduo scilicet ante Christi ascensionem eam contigisse. Tribuendi enim aliquot dies congregationi *quingentorum discipulorum*, quos Paulus 1. Corinth. 15. v. 6. huic manifestationi interfuisse testatur; vicissim aliquot dies tribuendi sunt reditui Apostolorum ex monte Galilææ in urbem Hierosolymam, quæ omnia si expendantur, tempus hujus manifestationis *ὡς ἐν πλάτῃ* investigari potest. Quidam statuunt, apparitionem illam, quam Paulus dicit, *coram plus quam quingentis fratribus* factam, nequaquam eandem esse cum hac ipsa, quam Matthæus describit, sed post ascensionem Christi demum contigisse, cum Matthæus *undecim tantum discipulorum* mentionem faciat, cumque eo tempore nondum putent tantum extitisse credentium cœtum, siquidem Act. 1. v. 15. turba eorum, qui à die ascensionis usque ad festum Pentecostes in oratione cum discipulis perseverarunt, *centum ac viginti hominum* fuisse dicitur. Sed series textus apud Paulum manifestè ostendit, manifestationem coram plus quam quingentis fratribus factam omninò esse eandem cum ea, quam præ manibus habemus, hoc enim ordine apparitiones Christi recenset, quòd visus sit 1. Petro. 2. duodecim Apostolis. 3. plus quam quingentis fratribus simul. 4. Ja-

cobo. 5. Apostolis omnibus, jam verò non post ascensionem demum sed ante ascensionem suam apparuit Christus Jacobo & Apostolis omnibus: ergo & illa manifestatio coram plus quam quingentis fratribus facta, quæ duabus illis præponitur, ante ascensionem facta est. Quòd si manifestatio illa coram fratribus plus quam quingentis non est eadem cum hac ipsa, quam Matthæus describit, consequens fuerit, à nullo Evangelistarum eam describi, cum tamen reliquas apparitiones, quarum quædam singularibus tantummodo personis factæ sunt, tam accuratè annotaverint. Dicendum igitur, quòd Matthæus undecim discipulorum, sive Apostolorum expressam faciendo mentionem, nequaquam neget, etiam alios in super adfuisse, quinimo cum dicat, *quosdam dubitasse*, ostendit præter Apostolos etiam alios adfuisse, cum Apostoli de resurrectionis veritate ac certitudine tot Christi apparitionibus jamdum fuerint confirmati, ut nullus dubitationi relictus fuerit locus. Ideò verò nominatim *undecim* Apostolorum meminit, quia illi gregis hujus Domini pastores ac ductores erant, illis nominatim Christus prædixerat, quo tempore & loco sit appariturus; illi ex mandato Christi reliquis discipulis ac fratribus tempus & locum illius manifestationis indicaverant, ad illos præcipuè spectabant, quæ Christus in hac manifestatione loquebatur. Quod in consortio Apostolorum post Christi ascensionem tantummodo *centum & viginti discipuli* numerantur, id nihil impedit, quo minus in Galilæa atq; aliis locis extra Hierosolymam plures Christi discipulos fuisse statuamus, de illis enim solùm Lucas agit, & eorum numerum exprimit, qui Hierosolymis in uno conclavi cum Apostolis fuere, promissum Spiritus sancti expectantes.

HISTO-

HISTORIA MANIFESTATIONIS CHRISTI FACTÆ CORAM DISCIPULIS IN MONTE QVODAM GALILÆÆ.

MATTH. 28.

16. Οἱ ἑνδεκά μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, εἰς ὄρος ὃ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς.

17. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν, προσεκύνησαν αὐτῷ, οἱ δὲ εἰδότες αὐτὸν.

18. Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς, ἐλάλησεν αὐτοῖς λέγων, ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

19. Πορεύθεντες ἐν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

20. Διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετείλαμιν ὑμῖν. καὶ ἴδε, ἐγὼ μετ' ἡμῶν εἰμι πάσις τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Ἀμήν.

16. Undecim autem discipuli abierunt in Galileam in montem, ubi constituerat illis Jesus.

17. Et cum vidissent illum, adoraverunt eum, quidam autem dubitaverunt.

18. Et accedens Jesus, locutus est eis dicens, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra.

19. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

20. Docentes eos servare omnia, quaecumque praecepi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi, Amen.

MARC. 16.

15. Καὶ εἶπεν (ὁ Ἰησοῦς) αὐτοῖς (μαθηταῖς) πορεύθεντες εἰς τὸ κόσμον ἀπαντα κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει.

16. Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται, ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται.

17. Σημεῖα δὲ τῆς πνεύματος ἁγίου ἔσονται ταῦτα, ὅταν λαλήσῃ, ἐν τῷ ὀνόματι μου δαίμονια ἐκβαλεῖσιν, γλώσσαις λαλήσουσι καινῶς.

18. Ὁ φεῖς ὄφεις, καὶ ἰσχυροὶ ἰσχυροὶ πείσονται, καὶ μὴ αὐτοὺς ἐλάσει, ὅτι ἀρώματα χεῖρας ὀπιθήσουσιν καὶ καλῶς ἔξουσιν.

15. Et dicebat (Jesus) eis (discipulis) Ite in mundum universum & predicare Evangelium omni creaturae.

16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur.

17. Porro signa eos, qui crediderint, haec subsequuntur: Per nomen meum Daemonia ejicient, linguis loquentur novis.

18. Serpentes tollent, & si quid lethale biberint, non nocebit eis, super aegrotos manus imponent, & bene habebunt.

DE COAGMENTATIONE CIRCUMSTANTIARUM HUIUS HISTORIÆ.

Augustinus l. 3. de conf. Evang. c. 25. statuit, testimoniū Christi de omnipotentia sibi data & præceptum de Evangelio in toto orbe prædicando ad diem ascensionis referenda esse: sed ex Matthæi descriptione manifestè constat, Christum hæc verba, *Mibi data est omnis potestas in caelo & in terra, Euntes ergo docete omnes gentes &c.* ad discipulos in soleñi publica illa manifestatione, quæ in monte Galilææ contigit, locutum esse, siquidem cum Historia illius manifestationis ita connectuntur, ut ab ea separari nequeant, dicitur enim quòd Christus in hac manifestatione *προσελθὼν ad discipulos* ea locutus fuerit. Ex eo colligitur, mandatum de prædicando Evangelio apud Marcum ac prædicationem de miraculis, quibus Evangelii doctrina confirmanda sit, itidem ad hanc manifestationem pertinere. Quam sententiam amplectuntur Greg. Nyssen. orat. 2. de resurrect. & Chrysostom. homil. 91. in Matth. Quamvis igitur Marcus cum exprobratione incredulitatis ea conjungat, non tamen sequitur, in una eademque apparitione & incredulitatem Apostolis exprobratam & mandatum de Evangelii prædicatione ipsis datum, sed exprobratio incredulitatis in prima apparitione ipso resurrectionis die in vespera Paschatos facta est, ut superius ostendimus; mandatum verò de prædicatione Evangelii in hac quarta apparitione ipsis datum est, ut ex Matthæi descriptione evidenter colli-

gitur. Marcus autem mandatum de prædicatione Evangelii cum exprobratione incredulitatis immediatè conjungit, quia ipsi non est propositum seriem manifestationum exponere, sed brevem eorum summam, quæ Christus in variis apparitionibus cum discipulis locutus erat, *Ἰησοῦς* exponere, quo verò tempore unumquodque locutus sit ex aliis Evangelistis petendum. Ita quoque post descriptionem mandati de prædicando Evangelio in toto orbe Historiam ascensionis immediatè subjungit, non quòd Christus statim post hoc mandatum in caelos ascenderit, aut ipso ascensionis die ad Apostolos hæc locutus fuerit, sed quòd plura, quæ inter promulgationem hujus mandati & ascensionem Christi dicta ac facta sunt, describere noluerit, quippe quæ à reliquis Evangelistis annotata, vel adhuc consignanda erant, inde etiam post descriptionem ascensionis subjungit. *Illi verò egressi prædicaverunt ubique*, cum tamen inter ascensionem Christi & hanc Apostolorum egressionem plurima intercesserint, præsertim miraculosa Spiritus sancti effusio die Pentecostes facta. Notandum enim, quòd Marcus ascensionis Historiam mandato de prædicatione Evangelii Apostolis dato subjungens non dicat, *ὁ ἰδὼν κεν ὁ μὲν τὸ λαλήσαι αὐτοῖς ἀεὶ ἠΨη*, sed indefinitè pronunciat, *ὡς τὸ λαλήσαι αὐτοῖς ἀεὶ ἠΨη*, postquam locutus fuisset eis, non solum ea de prædicatione Evangelii, sed alia plura; nec uno solo-

lùm die , sed quadraginta diebus cum ipsis conver-
satus. Coniungemus igitur mandatum de prædica-
tionẽ Evangelii in toto orbe, prout à Marco descri-
ptum est, cum Historia hujus manifestationis, in
qua editum illud esse Matthæi descriptio luculentè
demonstrat. Quòd si quis omninò velit mandatum
de prædicando Evangelio ad ultimam manifesta-
tionem die ascensionis factam referre , cum apud
Marcum Historia ascensionis immediatè subjunga-
tur, cumque Zach. 14. v. 4. prædictum sit, montem oli-

veti versus quatuor plagas mundi dividendum esse, quod
plerique Interpretes sic exponunt , Apostolos in
monte oliveti ablegandos ad prædicandum Evan-
gelium in toto orbe ; dicendum proferit, mandatum
hoc in monte Galilææ primò propositum, postea
verò in monte oliveti fuisse repetitum, sicut & Sy-
rus interpres ex prima Christi manifestatione repe-
tit & ad hanc ipsam manifestationem refert verba
illa: Sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos.

Harmonia hujus Historiæ.

Οἱ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν Γαλιλαί-
αν εἰς τὸ ὄρη, ἃ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. καὶ ἰδόντες αὐ-
τὸν, προσεκύνησαν αὐτῷ, οἱ ἃ ἐδίδασκον. καὶ προσελθὼν ὁ
Ἰησοῦς ἐλάλησεν ἃ εἶπεν αὐτοῖς, ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν
οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆ γῆς. πορεύθεντες ἔν εἰς τὸν κόσμον
ἀπαγγεῖλαι τὴν εὐαγγελίαν ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ
Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διδάσκοντες αὐ-
τοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετείλαμην ὑμῖν. ὁ πιστεύσας καὶ
βαπτισθεὶς σωθήσεται, ὁ ἃ ἀπιστήσας κατακληθήσεται.
σημεῖα ἃ τῷ πιστεύσαντι ταῦτα ἔσονται ἐν τῷ ὀνό-
ματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἃ γλώσσαις λαλήσασιν
καὶ αἰῶνι, ὅτι ἔσονται ἰσχυροὶ ἐπὶ τοὺς ἄρρωστοὺς χεῖρας ἐπιθήσασιν, καὶ
καλῶς ἐξέλθουσιν, καὶ ἰδοὺ, ἐγὼ μετ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέ-
ρας ἃ συντελείας τοῦ αἰῶνος, ἂμὲν.

Undecim autem discipuli abierunt in Galileam in
montem, ubi constituent illis Iesus. Et cum vidissent
illum, adoraverunt eum, quidam autem dubitaverunt.
Et accedens Iesus, locutus est eis, & dixit: Data est mihi
omnis potestas in celo & in terra. Euntes ergo in mun-
dum universum docete omnes gentes, predicatæ Evan-
gelium omni creature, baptizantes eos in nomine Patris,
& Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia,
quæcumq; præcepi vobis. Qui crediderit & baptizatus fu-
erit, salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.
Porro signa eos, qui crediderint, hæc subsequuntur, Per
nomen meum Dæmonia ejicient, linguis loquentur novis,
Serpentes tollent, & si quid lethale biberint, non nocere
eis: super ægros manus imponent, & ecce ego vobiscum
sum omnibus diebus usq; ad consummationem sæculi, Amen.

Exegetis hujus Historiæ.

Hæc manifestatio Christi inter reliquas omnes
præcipua est & illustris, quia Christus ipse in
Historia passionis hujus manifestationis promissio-
nem dedit discipulis Matth. 26. vers. 3. Marc. 14.
v. 28. Postquam resurrexero, præcedam vos in Gali-
leam. 2. quia Angelus Domini resurrectionem
Christi nuncians mulieribus ablegat eas ad hanc
promissionem. Matth. 28. vers. 7. Marc. 16. vers. 7.
Cito euntes dicite discipulis ejus & Petro, quòd præ-
cedit vos in Galileam, ibi eum videbitis, sicut dixit
vobis. 3. quia Christus apparens mulieribus hanc
concionem Angeli repetivit, seque in Galilæa conspiciendum fore denuò promisit. Matth. 28. v. 10.
Ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galileam,
ibi me videbunt. Quamvis verò hæc promissiones
ad specialem illam manifestationem, quæ coram
septem discipulis circa mare Galilææ facta est, quo-
dammodò referri possint; cum primis tamen so-
lennem & generalem illam manifestationem spectant,
quam Matthæus hoc loco describit, cujus prodromus ac præ-
ludium prior illa specialis extitit, siquidem non uni vel paucis, sed omnibus
Apostolis, imò etiam mulieribus & reliquis fidelibus
manifestatio Christi in his promissionibus præ-
dicitur. Matth. 28. vers. 7. Marc. 16. vers. 7. Ecce
præcedit vos in Galileam, ibi eum videbitis. Jam
verò in speciali illa manifestatione circa mare Gali-
lææ præter septem discipulos nec hæc mulieres, nec
alii fideles affuere, utique ergo promissio illa hanc
generalem & publicam manifestationem spectat.

4. quia reliquæ manifestationes sunt privatae & par-
ticulares, hæc verò generalis est, ad quam omnes
discipuli, ac ut Paulus testatur, plus quam quingenti fra-
tres sunt vocati. 5. quia reliquæ manifestationes ex
improviso contingere, hæc verò ex condicto tempo-
re & loco prius determinatis, contingit: hæc omnia
in considerandis circumstantiis hujus manifestatio-
nis attentos nos facere debent.
Possunt autem duæ partes hujus Historiæ consti-
tuiti. Prior explicat circumstantias manifestatio-
nis, quibus, quove in loco Christus apparue-
rit, quomodo discipuli se gesserint, quid Chri-
stus in hac apparitione egerit. Posterior enar-
rat Christi concionem, in qua omnipotentia sibi
data testimonium, de prædicando in toto orbe
Evangelio mandarum & de salutari hujus præ-
dicationis fructu promissum discipulis proponit.
Ad circumstantias hujus Historiæ pertinet, 1. no-
tatio personarum, quibus Christus in hac manife-
statione apparuit. Undecim autem discipuli abierunt
in Galileam, inquit Matthæus. Nomen μαθητῶν
aliquando in genere accipitur pro quibusvis Chri-
sti fidelibus Lucæ 14. vers. 26. Actor. 1. vers. 15.
cap. 6. v. 1. &c. qui enim postea Antiochiæ dicti sunt
Christiani, prius dicebantur discipuli Act. 11. v. 26. Cogitari
igitur poterat, etiam hoc loco generaliter illud
nomen accipi, cum Paulus testetur, plus quam quin-
gentos fratres sive discipulos huic manifestationi in-
terfuisse. Sed cum in Historia Evangelica discipulo-
rum nomine ferè semper intelligantur Apostoli,
præfertim

præsertim cum numero undenario comprehendantur discipuli illi, quos Matthæus in hac manifestatione præsentem fuisse testatur, ex eo colligitur, nomine undecim discipulorum hoc loco intelligi undecim Christi Apostolos, quibus manifestatio illa in Galilæa ab ipso Christo tum immediatè ante passionem, tum per mulieres post resurrectionem erat promissa. Confirmat ergo Christus verborum suorum immotam veritatem, de qua Luc. 21. v. 33. dicit: *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Promisit in se credentibus ac se diligentibus spirituales manifestationem gratiæ in hoc seculo Johan. 14. vers. 21. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum & manifestabo ei meipsum,* ac cœlestem manifestationem gloriæ in futuro seculo. Johan. 17. vers. 24. *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego & illi sint mecum, ut videant gloriam meam, quam dedisti mihi.* Harum promissionum infallibilem certitudinem & veritatem hac ipsa sui manifestatione Christus comprobat, quod scilicet fratribus ac discipulis suis, hoc est, omnibus quotquot ipsum amant & verbum ejus custodiunt, spiritualiter interiore mentis collustratione se manifestare & in futura œlim vita à facie ad faciendam exhibere velit. Quamvis autem Matthæus undecim tantummodò Apostolorum mentionem faciat, testatur tamen D. Paulus 1. Corinth. 15. vers. 6. præter Apostolos plus quam quingentes fratres huic manifestationi interfuisse, ostendimus enim superius à *ἑκατὸν* illam, quam Paulus ibidem describit, ad hanc Historiam pertinere, & causas exposuimus, propter quas omnia quingentorum illorum mentione undecim tantum Apostolos Matthæus nominet. Ac verbum *ἐπαύω* apud Paulum commodè sic accipitur, quod præter quingentos fratres etiam undecim Apostoli præsentem fuerint, quando enim Apostoli & fratres separatim nominantur, fratrum appellatione non comprehenduntur ipsi Apostoli, sed reliqui fideles ac vulgares Christi discipuli, ut colligitur ex Actor. 11. vers. 1. cap. 12. vers. 17. cap. 15. vers. 23. & ex hoc ipso loco Apostolico, ubi *οἱ δώδεκα* ab *ἀδελφοῖς* distinguntur. Et quia Angelus mulieribus promiserat in Galilæa Christum ipsas visuras, *Eccœ* (inquit) *præcedet vos in Galileam, ibi eum videbitis,* Matth. 28. vers. 7. inde colligitur, etiam mulieres illas in consortio quingentorum illorum discipulorum fuisse. Quidam tamen vocabulum *ἐπαύω* 1. Corinth. 15. vers. 6. non exponunt de numero per plus quam, sed per adverbium *desuper* live *caelitus*, ut conjungatur cum verbo præcedente *ἀφ' οὐρα* atque hunc sensum præbeat, quod Christus in aere sublimis super hos discipulos steterit, ac postea se ad eos demiserit. Quomodo verò tantus numerus discipulorum Christi tam citò colligi potuit? Respondetur, Christus tempore ministerii sui *totam Galileam circumiverat docens in Synagogis eorum, & prædicans Evangelium regni, & sanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo* Matth. 4. v. 23. emiserat suos discipulos, ut in Judæa & Galilæa semen verbi spargerent, Matth. 10. vers. 1. in ultimo suo itinere Hierosolymam versus paulò antè passionem suscepto profectus erat per *mediam Samariam & Galileam* Luc. 17. vers. 11. docens & mi-

racula faciens, quocunque transfret; hæc prædicatio verbi non caruit fructu Esa. 55. vers. 10. & 11. sed collegit sibi Christus Ecclesiam prædicatione verbi miraculis confirmati, quam tempore passionis mirabiliter conservavit, perinde ut septem millia tempore Eliæ 1. Reg. 19, 18. Rom. 11, 4. Adde, quod fama miraculorum, quæ in morte Christi contigerant, longe lateque sparsa hosce discipulos in fide confirmavit, accessit postea latum de resurrectione Christi nuncium, per mulieres Galilæas, quæ ipsum met redivivum conspexerant, & ex Judæa in Galileam redierant, ubiq; sparsum. Hisce mediis confirmata fuit quingentorum illorum fratrum fides, quæ passionis tempore Eclipsin aliquam fortassis passa; cum ergo ex Apostolis audirent, certum tempus ac locum à Christo ipso constitutum esse, in quo seipsum vivum exhibere velit, hæc prædicationis Apostolicæ tuba excitati convenerunt in montem, quem Christus Apostolis nominaverat. Videmus igitur, Deum semper sibi conservare aliquem cœtum etiam eo tempore, quando idololatria veritate doctrinæ oppressa prævalere videtur. Clerus Hierosolymitanus oppresso & extincto Christo, Apostolis dissipatis & reliquis confessoribus obmutescens totam Christi Ecclesiam putabat extinctam, unde in Concilio tam odiosè quærebant *de discipulis*, quos fugâ dilapsos Magistrum suum turpiter deseruisse noverant, sed ecce in Galilæa plus quam quingentos discipulos Christus habet, quorum fides persecutionum nebulis aliquandiu involuta claro jubare hic iterum emicat & elucescit.

2. *Locus* exprimitur, primùm quidem *in genere*, quod *in Galilæa* facta sit hæc manifestatio, postea *in specie*, quod *in monte quodam* illius provinciæ contigerit, dicuntur enim *undecim discipuli abiisse in Galileam in montem, ubi constituerat illis Jesus.* Verba Matthæi sic sonant, ac si discipuli quamprimum ex Judæa in Galileam venerunt, in montem à Christo constitutum profecti fuerint, sed ex Johanne colligitur, contigisse prius specialem illam manifestationem circa mare Galilææ, postquam demum in montem constitutum abierunt. Allegoria veterum, quas ex eo texunt, quod Christus non Hierosolymis solum, sed etiam in Galilæa discipulis apparere voluerit, expositæ sunt superius. Quemadmodum discipulos morte Johannis Baptistæ turbatos ac tyrannidem Herodis metuentes abduxerat in desertum locum, infirmitati fidei ipsorum consulens Matth. 14. vers. 13. Marc. 6. v. 31. Luc. 9. v. 10. ita quoque hoc loco cum illis agit. Proceres Hierosolymitani sparserant rumorem de corpore Christi furtim ex sepulchro per discipulos sublato, inde feris ac foribus sese adversus ipsorum impetum muniebant, Christus igitur infirmitati ipsorum consulens in Galileam eos vocat, quæ ad Herodis jurisdictionem spectabat, ubi liberius cum ipsis conversari queat, ita adhuc novit *compati infirmitatibus nostris* Hebr. 4. vers. 15. *neque quinquam supra vires tentat* 1. Corinth. 10. vers. 13. Montem illum, in quo manifestatio facta, Christus ipse Apostolis constituisse legitur, procul dubio etiam certum tempus designavit, quamvis Evangelistæ hujus rei nullam faciant mentionem. Syrus habet verbum *ἦν* *condixit tempus ac locum*, constituit certum conveniendū tempus & locum,

& locum, unde descendit nomen Ψ quod significat conventum statis horis & locis congregari solitum. Ideo autem ad hanc manifestationem elegit montem, quia mons ad secessum aptior, inde prolixam illam concionem Matth. 5. 6. & 7. descriptam Christus in monte habuit, in montem oraturus aliquoties ascendit Matth. 14. v. 23. Marc. 6. v. 46. Luc. 6. v. 12. cap. 9. v. 28. Johan. 6. v. 3. in monte Apostolos elegit ac mandata illis dedit Marc. 3. vers. 13. in monte coram discipulis transfiguratus est Matth. 17. v. 1. Marc. 9. v. 2. Admonet etiam illa montis mentio, corpus Christi super omnia terrena ad celestem gloriam elevatum esse, atque elevatos requiri animos ad Christum videndum. Coloss. 3. v. 1. *Si resurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, querite, ubi Christus est.* Abducendus à terrenis animus, elevandum cor ad cælum, exuendus amor mundi, si Christum oculis fidei intueri & amore ejus impleri volumus. Augustinus in Psal. 85. *Frumentum tuum si haberes in inferioribus, levares illud ad superiora, ne putresceret. Frumento tuo queris mutare locum & cor permittis in terra putrescere? Frumentum levas ad superiora, cor leva ad cælum. Et unde, inquis, possum? qui funes, quæ machina, quæ scale? gradus affectus est: iter tuum, voluntas tua est: amando ascendis, negligendo descendis; stans in terra, in cælo es, si Deum diligis.* Quemadmodum etiam in V. T. lex promulgata est in monte Exod. 19. v. 3. ita hic in monte datur Apostolis mandatum de prædicando Evangelio in toto orbe. Voluit etiam hac sui manifestatione in monte innuere, Ecclesiam supra montem adificandam Matth. 5. v. 14. *in quo Ecclesie monte Deus Deorum videndus* Psal. 84. v. 8. & salutaris Christi manifestatio querenda sit. Gregor. Nyssen. orat. 2. de resurrect. hanc profert allegoriam: *Non abs re mihi nec extra propositum videtur, quod in monte Galilææ & non aliquo loco hæc verba: Euntes docete omnes gentes &c. dicta fuerunt. Nam Galilæa, id est, devoluta sive devolubilis interpretatur, unde etiam gelgel rota nominatur. Igitur velut ex monte excelso salutari ore prolata hæc verba rotæ in modum in orbem terrarum habitatum devoluta sunt & per omnem percurrerunt atque universi baptizati sunt & gentes & civitates.* Porro quis fuerit mons iste, disertè non exprimitur, familiarem Christo fuisse ex circumstantiis apparet. Montes in Galilæa, inferiori præ cæteris illustres fuerunt, Tabor, Carmelus, & Hermon; Galilæa inferior promontoriis Libani velut naturali muro cingitur: habet & ipsa montem quendam Tabor dictum. Interpretes plerique statuunt, locum hujus manifestationis fuisse montem Tabor, in medietate Galilææ inferioris situm, in quo etiam Christus teste Hieronymo sese ante passionem transfiguraverat Matth. 17. v. 1. Marc. 9. v. 1. quem Petrus vocat montem sanctum 2. Epist. 1. v. 18. quæ circumstantiæ hanc conjecturam confirmant, uti etiam illud, quod mons Tabor non procul distans fuerit ab illa maris Galilæi ora, circa quam Christus septem discipulis prius se manifestaverat. Josephus lib. 4. de bello Judaico c. 2. vocat montem *Itaburium*, eumque sic describit, quod altitudo viginti stadiis consurgens Septentrionali tractu inaccessa sit, in vertice autem viginti stadiorum planities pateat, unde Matth. 17. v. 1. Marc. 9. v. 1. vocatur Ψ Ψ Ψ . Hieronymus ad Marcelianam vocat *Tabyrium*. Planetis verticis mirâ rotun-

ditate sublimis dicitur, in qua nascantur arbores perpetuò virentes, sitq; aeris temperies optima, unde etiam Tabor, hoc est, *mons claritatis* dicitur; avibus omnis generis fuit refertissimus, unde Hoseæ 5. v. 1. mentio fit *retis expansi super Tabor*. Christus igitur in hoc monte discipulis post resurrectionem apprensus voluit eis prægressam transfigurationem in memoriam revocare, quæ unà cum amoenitate istius loci à Natura ipsi attributa speculum fuit gloriæ futuræ ex clara Christi visione & suavissima ipsius conversatione in æterna vita electis olim expectandæ, tunc enim videbimus Christum à facie ad faciem post nostram ex mortuis resurrectionem; tunc videbimus ei omnia subiecta Hebr. 2. 8, sicut hoc loco dicit, *mibi data est omnis potestas*: tunc congregabuntur electi, qui per prædicationem Evangelii Apostolis hic demandatam ad Christum sunt conversi; tunc Christus nobiscum erit in omnes usq; æternitates.

4. *Quomodo in hac manifestatione discipuli se gesserunt? Chim vidissent illum, adoraverunt eum, quidam autem dubitaverunt, $\alpha\epsilon\sigma\sigma\alpha\upsilon\upsilon\epsilon\upsilon$ non solum exteriorem reverentiam, sed etiam interiorem adorationis cultum hoc loco notat, quod Christum ex mortuis resuscitatum agnoverint pro vero Dei Filio, ac proinde religiosâ adoratione ipsum honoraverint, sicuti & Thomas de resurrectione Christi confirmatus dicit, Dominus meus & Deus meus Johan. 20. v. 28. quia per resurrectionem Christi $\alpha\epsilon\sigma\sigma\alpha\upsilon\upsilon\epsilon\upsilon$ declaratus & manifestatus est Dei Filius in virtute Rom. 1. vers. 4. Syrus habet verbum $\gamma\gamma\delta$ *ingeniculatus est, incurvavit se, prostravit se in faciem*, quia cum interiori adorationis cultu exterior gestus, qualis solet esse adorantium, conjunctus fuit. Competit verò hæc religiosa adoratio Christo secundum utramq; Naturam, 1. quia divina & humana Natura personaliter in ipso sunt unitæ. Christus in unâ persona est verus Deus & verus homo, ergo unâ adoratione venerandus. 2. quia est noster Mediator, Redemptor & Salvator secundum utramque Naturam. Quemadmodum ergo fides ita dirigitur ad personam Christi, ut non alteram tantum in ipso Naturam sed utramque intueatur & apprehendat, atque in totum Christum fiduciam cordis collocet: ita quoque adorationem secundum utramq; Naturam ei deferamus. 3. quia Christus secundum humanam Naturam evehctus est ad Dei dextram & factus Dominus, coram quo omnium genua incurvari debent Act. 2. vers. 36. Rom. 14. 9. Philip. 2. v. 9. Apocal. 5. v. 12. &c. Vide D. Chemnic. in lib. de duabus Naturis in Christo c. 29. ubi Scripturæ dictis & Patrum suffragiis hoc doctrinæ cœlestis caput uberrimè declarat & contra adversariorum $\Phi\lambda\upsilon\alpha\epsilon\iota\alpha\varsigma$ confirmat. *Quidam verò dubitaverunt: $\delta\iota\varsigma\alpha\lambda\omega$ est $\delta\iota\chi\alpha\sigma$ $\epsilon\sigma\lambda\epsilon\upsilon\omicron\mu\alpha\iota$ χ $\alpha\iota\omicron\upsilon\epsilon\iota$ $\delta\upsilon\omicron$ $\epsilon\sigma\alpha\sigma\tau\epsilon\varsigma$ $\epsilon\chi\omega$ $\mu\epsilon$ $\delta\iota\alpha\upsilon\omicron\upsilon\alpha\iota$, inquit Etymologus; dubito, habito, in diversas partes propendo. Quando lingua statera non habet suam $\epsilon\sigma\alpha\sigma\upsilon$, sed lances nunc in hanc, nunc in illam partem nutant, tunc statera dicitur $\delta\iota\varsigma\alpha\lambda\omega$: ita quoque quando animus fluctuat, modò in hanc, modò in alteram partem inclinando, nec uni parti firmiter adheret, tunc $\delta\iota\varsigma\alpha\lambda\omega$ dicitur. Matth. 14. 31. usurpatur de Petro venti impulsu perterrefacto & mergi incipiente, quia non habebat firmam $\epsilon\sigma\alpha\sigma\upsilon$ in Christi verbo, sed periculi magnitudinem considerans $\delta\iota\varsigma\alpha\lambda\omega$ ac dubitare incipiebat. Syrus habet verbum**

verbum $\alpha\lambda\lambda\alpha$ dimidiavit, separavit; per metaphoram ad animum transfertur, divisit in varias opiniones velut partes, quando scilicet juxta Maronem *studia in contraria quispiam scinditur*,

*Arg. animum scelere nunc huc, nunc dividit illuc,
In partesq; rapit varias, perq; omnia versat.*

Ita de quibusdam ex discipulis dicitur, quod animo fuerint accipites ac divisi. Coram intuebantur Christum redivivum, nec poterant apertam & conspicuam veritatem negare, interim quia rationi absurdum videbatur, ex mortuis resurrexisse eum, quem die parasceves tam miserè tractatum & crudeliter occisum noverant, ideò assensum suspendebant, nec plenâ & integrâ fide statuebant hunc ipsum, quem coram videbant, esse Jesum Nazarenum ex mortuis resuscitatum. Quinam verò fuerunt illi $\alpha\lambda\lambda\alpha$ $\alpha\lambda\lambda\alpha$? Sunt qui existimant, ex ipsis Apostolis quosdam adhuc dubitasse, non quod de veritate resurrectionis adhuc hæsitaverint, sed quod de veritate visionis fuerint accipites; an scilicet verè viderent Christum, an vero Spiritum sive phantasma aliquod, sicut & Luc. 24. v. 37. cum Christus ex improvise in medium sese sisteret, *conturbati & exterriti judicant se spiritum videre*. Et sanè descriptionis series apud Matthæum hoc velle videtur, quod ex ipsis Apostolis quidam adhuc dubitaverint, nam de illis undecim, quos juxta Christi mandatum in montem constitutum profectos esse dicit, videtur hoc asserere, quod quidam ipsorum ex fide adoraverint, quidam vero ex incredulitate dubitaverint. Addit etiam, quod Christus ad hos dubitabundos accedens dixerit: *Data est mihi omnis potestas, euntes ergo &c.* quæ verba Apostolis dicta esse, nemo ambigit. Sed quia præter particulares apparitiones tribus distinctis vicibus jamdum Christum Apostolis omnibus sese manifestaverat ac variis argumentis resurrectionis suæ veritatem illis confirmaverat, ideo de Apostolis vix videtur posse intelligi, quod quidam ex illis adhuc dubitaverint, præsertim cum Thomas incredulus jamdum conversus esset. Quod vero distinguendum esse censent inter veritatem resurrectionis & veritatem visionis, ac de hac quosdam Apostolorum dubitasse dicunt, cum de illa confirmati fuerint, id parum roboris habet. Veritas enim visionis dependet à veritate resurrectionis, quia Christum ex mortuis resuscitatum præsentem aliquoties conspexerant, ideo phantasmatos suspicio in ipsorum animis non amplius locum habebat. Quidam ergo hanc dubitationem discipulorum referendam esse dicunt non ad illud tempus, quo in monte Galilææ ipsi apparuit, sed ad tempus præcedens, quo primum in vespera Paschæ Hierosolymis ad eos venit. Quoniam enim Matthæus ante hanc apparitionem nullam aliam commemorat discipulis factam, inde colligunt, quod in hujus descriptione quædam junxerit, quæ non in hac, sed in prima manifestatione contigerunt. Sed hoc videtur nimis coactum esse, cum series textus evidenter ostendat, in hac ipsa solenni manifestatione quosdam adhuc dubitasse. Dicendum igitur, quod illi, qui dubitasse hoc loco dicuntur, non fuerint ex undecim Apostolis, sed ex quingentis illis fratribus, quibus Apostoli tempus & locum mani-

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quinta.

festationis mandato CHRISTI indicaverant, eodemque in montem secum duxerant. Quemadmodum enim Apostoli mulierum testimonio primum non habebant fidem, antequam CHRISTUM ipsum redivivum conspicerent: ita quoque hi dubitantes Apostolorum de resurrectione nuncio non habebant omnino fidem, donec ipsius Christi visione accuratâ, non spectrum aliquod, sed ipsummet CHRISTUM resuscitatum se videre, convincerentur. Coram ratione & sensibus nihil magis absurdum, quàm resurrectionis articulus, inde primum cogitabant, se quidvis potius, quàm verum Christum intueri: confirmabatur hæc suspicio phantasmatos repentino Christi accessu. Quamvis enim Evangelista non exprimat, an Christus unâ cum illis montem ascenderit, an verò in ipso monte subito & ex improvise in medio illorum steterit, an in monte præsentem offenderint, tamen probabilius & textui convenientius videtur statuere, quod discipulis unâ omnibus in monte congregatis subito astiterit, quo etiam modo in prima sui manifestatione ad illos venerat Luc. 24. vers. 36. Joh. 20. v. 19. Quidam ex vocabulo $\epsilon\pi\alpha\nu\omega$, quo D. Apostolus in descriptione hujus manifestationis 1. Cor. 15. v. 6. utitur, colligunt, Christum in aere, sublimem supra Apostolos & reliquos credentes astitisse; Et sanè vox $\epsilon\pi\alpha\nu\omega$ ita usurpata videtur Matth. 2. v. 9. cap. 5. vers. 14. &c. nec absurdè ad confirmationem hujus explicationis refertur, quod Matthæus dicit, Christum postea *propius accessisse*, intelligendum igitur reliquit, quod primò eminus fuerit à discipulis conspectus, inde igitur in sua dubitatione confirmabantur, quam tamen Christus propius illis accedens, voce notâ eos allocutus ac se cominus videndum & fortè etiam contrectandum exhibens, animis ipsorum postea penitus eximit. Apparet autem ex hac quorundam discipulorum dubitatione, quàm difficile sit fide complecti ea, quæ rationis humanæ captum excedunt, ejusdemque pronunciatis, repugnant, si vel maximè clare & expresse Dei verbo nitantur. Cumque hæc $\delta\iota\sigma\omega\sigma\iota\varsigma$ reliquorum fidei & adorationi opponatur, ex eo colligitur, quod dubitatio veræ fidei repugnet. Vera fides est $\sigma\omega\sigma\omega\sigma\iota\varsigma$ certa subsistentia ac fiducia. Hebr. 11. v. 1. habet suam $\sigma\omega\sigma\iota\varsigma$ in Christo, cui uni firmiter inhæret, dubitatio verò rotat & fluctuat, sicut Christus Petro dicit Matth. 14. v. 31. $\delta\lambda\iota\gamma\omega\sigma\iota\varsigma$ $\epsilon\iota\varsigma$ $\tau\eta$ $\delta\iota\sigma\omega\sigma\iota\varsigma$, ubi videmus $\delta\iota\sigma\omega\sigma\iota\varsigma$ $\delta\lambda\iota\gamma\omega\sigma\iota\varsigma$ tribui, ex quo apparet, dubitationem fidei opponi, ac proinde humilitatis nomine malè à Pontificiis commendari.

4. *Quomodo CHRISTUS in hac manifestatione sese gessit? Accedens locutus est eis.* Promulgaturus erat Apostolis mandatum de prædicando Evangelio in toto orbe, sed primo convertit se ad illos dubitantes & accedens loquitur eis, non tantum eminus & è longinquo se conspiciendum illis præbet, sed prope ad eos accedit, ut exactius eum contueri possent & omnis tùm de resurrectionis tùm etiam hujus apparitionis veritate dubitatio ex ipsorum animis evelleretur, huc sine etiam notâ & familiari voce eos alloquitur, fortè etiam ab illis se contrectari passus est, sicut fecerat Luc. 24. v. 39. Johann. 20. v. 25. ut exclusâ omni dubitatione, firmiter crederent, & verè ipsum resurrexisse & verò suo corpore jam apparere. Syrus habet

Xx

verbum

verbum $\kappa\rho\iota$ appropinquavit, propius accessit. Est autem miranda Christi benignitas ac $\Phi\iota\lambda\alpha\delta\omega\pi\alpha\iota\alpha$, quod non rejicit hosce dubitantes, ut meriti erant, sed propius illis accedens modis omnibus hoc agit, ut in fide confirmetur; quinimò antequam Apostolis mandata sua divina exponeret, prius dubitantibus hisce consulendum esse censet, hoc scilicet est *nonaginta novem oves in deserto dimittere & amissam ovem querere* Luc. 15. vers. 4. hoc est *linum fumigans non solum non extinguere*, sed etiam in id operam dare, ut scintilla lini fumigantis iterum ignem concipiat & ardeat: hoc est *calamum quassatum non solum non confringere*, sed etiam eò laborare, ut calamus quassatus fulciatur atque erectus consistat. Esa. 42. vers. 3. Matth. 12. vers. 26. quam Christi pastoris $\Phi\iota\lambda\alpha\delta\omega\pi\alpha\iota\alpha$ non solum ad consolationem ad confirmandam infirmitate sed etiam ad exemplum imitationis erga infirmos in fide nobis propositam esse noverimus Roman. 14. vers. 1. Galat. 6. v. 1. Porro cum D. Apostolus hanc manifestationem ad confirmandam resurrectionis Christi veritatem accertitudinem adducat 1. Corinth. 15. v. 6. idè eam sic intueamur, ac si ipsi in monte præsentem Christum oculis nostris contemplati essemus, ipsum loquentem audissemus, eundemq; manibus nostris contrectassemus. Si enim *in ore duorum vel trium testium consistit omne verum*, quò minus de quingentorum discipulorum testimonio ullà ratione dubitare possumus?

Altera pars Historiæ continet Christi concionem in hac manifestatione habitam, in qua 1. testatur, omnem potestatem in cælo ac terra sibi esse datam. $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha$ propriè significat *ius, potestatem & autoritatem* ab $\epsilon\chi\theta\sigma\iota$, licet. Quando hominibus tribuitur, à $\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\epsilon\delta$ hoc modo distinguitur, quòd $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha$ significet *licentiam & potestatem*, $\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\upsilon\varsigma$ autem *robur, vires & potentiam*. Sic Imperator Romanus habet $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha\upsilon$ funditus delendi Turcam, quia possidet regna ad Imperium Rom. pertinentia, sed non habet $\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\upsilon\varsigma$. Vicissim Turca habet $\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\upsilon\varsigma$ nos oppugnandi, sed non habet $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha\upsilon$, nullum jus vel autoritatem divinitus sibi concessam ad hoc obtinet. Quando autem de Deo vox $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha\upsilon$ usurpatur, tunc à $\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\epsilon\delta$ planè non sejungitur, siquidem ut Deus in omnes creaturas habet jus & autoritatem, ita etiam omnem potentiam habet, vel potius est ipsa omnipotentia, blasphemum igitur foret egenam quandam potestatem ac nudam autoritatem sine viribus & potentia ad agendum omnipotenti Deo tribuere. Pari ratione statuimus $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha\upsilon$ illam, quam Christus hoc loco sibi datam asserit à $\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\epsilon\delta$ nequaquam sejungendam vel separatam, sed potius ipsam $\pi\alpha\upsilon\theta\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\iota\alpha\upsilon$ infinitam ac verè divinam potentiam esse. 1. quia vocat eam $\pi\alpha\upsilon\theta\upsilon\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha\upsilon$, *omnem potestatem*, à qua nihil exceptum est, qui enim dicit omne, nihil excludit Johan. 17. vers. 2. vocat $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha\upsilon$ $\pi\alpha\upsilon\theta\upsilon\varsigma\sigma\iota\epsilon\upsilon\kappa\theta\epsilon\varsigma$, *potestatem omnis carnis vel in omnem carnem*, quam esse periphrafin verè divinæ ac infinitæ potestatis apparet ex eo, quòd Deus dicitur *Deus spirituum universe carnis* Numer. 16. vers. 2. cap. 27. vers. 16. *Deus universe carnis* Jerem. 32. vers. 27. 2. quia particulæ Universalis addit $\mu\epsilon\theta\epsilon\sigma\mu\theta\upsilon\upsilon$ *in cælo & in terra*, vel ut Græcus textus habet, *super terram*, hanc verò ipsius infinitæ potentia divinæ descriptionem esse patet ex collatione locorum Genes. 24. vers. 7. *Dominus cæli & terre mittet Angelum suum.* 1. Para-

lip. 29. vers. 11. *Tibi Domine magnificentia & potentia & gloria & victoria & decor, quia cuncta in cælis & in terra tua sunt, tibi Domine regnum.* Psalm. 103. vers. 19. *Dominus in cælis paravit thronum suum & regnum ipsius in omnes dominatur.* Psalm. 135. vers. 6. *Omnia, quæ voluit Deus, fecit in cælo & in terra.* Matth. 11. vers. 24. *Confiteor tibi Domine cæli & terre.* In his & similibus Scripturæ dictis cæli ac terræ nomine totum universum ac totum mundi systema comprehenditur, cujus dominium soli Deo competit, qui est *Rex Regum, & Dominus Dominantium* 1. Tim. 6. v. 15. 3. quia non solum $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha\upsilon$ sed & $\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\upsilon\varsigma$ Christo datam esse, Spiritus sanctus evidenter testatur. Apocal. 5. vers. 12. *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere $\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\upsilon\varsigma$ & divitias & sapientiam & fortitudinem, & honorem & gloriam & benedictionem.* Luc. 22. vers. 69. hæc $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha$ vocatur $\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\upsilon\varsigma$ & $\delta\epsilon\delta$ *Videbitis filium hominis sedentem à dextris potentia Dei.* 4. quia $\pi\alpha\upsilon\theta\upsilon$ illa $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha$ Christo data sic describitur, ut de infinita & verè divina potentia eam accipiendam esse manifestè constet. Psal. 8. vers. 7. *Dominari facies eum (filium hominis) super operam manuum tuarum, omnia subiecisti pedibus ejus.* vers. 8. *Pecus & armenta universa, ipsa etiam animalia campi.* vers. 9. *volatiles cælorum & pisces maris transeuntes semitas marium.* Hic locus Hebr. 2. vers. 7. notanter ad Christum refertur, & pulcherrimè exponit, quæ sit omnis illa in cælo ac terra potestas Christo data. Dan. 7. vers. 14. *Cum filius hominis veniret ad antiquum dierum, dedit ei potestatem & gloriam & regnum, & omnes populi & nationes & lingue servient ei, potestas ejus potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus, quod non corrumpetur.* Matth. 11. vers. 26. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* Johan. 3. vers. 35. *Pater diligit Filium, & omnia dedit in manus ejus.* 1. Corinth. 15. vers. 27. *omnia subiecit sub pedibus ejus, cum autem dicat omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum, qui subiecit ei omnia.* Ephes. 1. vers. 20. *Deus constituit Christum ad dextram in cælestibus.* vers. 21. *supra omnem principatum & potestatem, & virtutem & dominationem & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro.* vers. 22. *& omnia subiecit sub pedibus ejus & ipsum dedit caput super omnia ipsi Ecclesie.* Hebr. 2. vers. 8. *In eo quod subiecit omnia, nihil dimisit ei non subiectum.* Hæc descriptiones potentia Christo datæ non finitam aliquam & circumscriptam, sed infinitam planè & verè divinam $\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\upsilon\varsigma$ ipsi datam esse ostendunt. Ac ne longè abeamus, Christus ipse $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha\upsilon$ sibi datam hoc loco sic describit, quòd includat potestatem, quâ ministerium verbi & Sacramentorum instituitur & Ecclesia defenditur Matth. 28. v. 19. & 20. *quam esse verè divinam & infinitam potestatem res ipsa testatur.* 5. quia Christus in diebus carnis suæ $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha\upsilon$ ac $\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\upsilon\varsigma$ exeruit & Apostolis non solum $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha\upsilon$ sed etiam $\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\upsilon\varsigma$ dedit, ex eo immotè colligitur, quòd non sit ipsi data nuda $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha$ sine $\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\epsilon\delta$, quæ est titulus sine re, sed talis $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha$, quæ conjunctam habet $\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\upsilon\varsigma$, per quam sese exerat. Lucæ 4. vers. 36. *in $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha$ & $\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\epsilon\delta$ imperat spiritibus immundis.* Marc. 1. vers. 27. *et $\epsilon\chi\theta\sigma\iota\alpha\upsilon$ Spiritibus immundis imperat & obediunt ei,* id Luc. 6. vers. 19. sic exponitur, *$\delta\upsilon\upsilon\alpha\mu\upsilon\varsigma$ ab illo exibat & sanabat*

bat omnes, qui vel morbis vel spiritibus immundis tor-
quebantur. Quando docet *ἐν ἐξουσία* Matth. 7.
v. 29. dicitur fuisse *δυνατὸς ἐν ἐργῶ καὶ λόγῳ* Luc. 24.
v. 19. Luc. 9. v. 1. convocatis Apostolis dedit illis
*δύναμιν καὶ ἐξουσίαν super omnia Dæmonia, & ut omnes
languores curarent.* Marcus unice *ἐξουσίας* voce hoc
complectitur. Dedit illis *ἐξουσίαν curandi morbos &
ejcendi Dæmonia* cap. 3. vers. 14. Quod si *ἐξουσία*
Apostolis à Christo data conjunctam habet *δύνα-
μιν*, quanto magis *ἐξουσία* Christo data non erit nu-
da quædam *ἐξουσία* sine *δύναμει* ac potentia agen-
di. Unde rectè scribit Vorstius in respon. ad 2.
part. discept. Sladi p. 70. *Licet hoc loco (Matth. 28.
v. 9.) πᾶσι ἐξουσία non sit idem prorsus, quod πᾶσι
δύναμις hanc tamen sub illa hic necessariò contineri, cum
illa aliqui otiosa sit & frustranea, nisi per istam actu
exercere sese possit.* 6. quia Syrus hoc loco habet vo-
cabulum *עליון* quod non nudam *ἐξουσίαν* sed prin-
cipatam, potestatem ac dominium significat.
Dan. 4. v. 31. tribuitur ipsi Deo, *Altissimo benedixi, &
viventem in sempiternum laudavi & glorificavi, quia
potestas ejus potestas sempiterna* *עליון עליון*
ה' עזר עזר איון. Saraceni à dominio
& potestate Reges suos vocant Sultanos, sicut Egy-
ptii Pharaones. 7. quia pii veteres potestatem
Christo juxta humanam Naturam datam de infi-
nita & æterna potestate intelligendam esse mo-
nent. Testimonia extant apud D. Chemnit. in
lib. de duab. Naturis in Christo cap. 25. Serio
igitur improbamus, 1. quod Danæus in exam.
contra Chemn. p. 363. scribit, *cali & terre nomini-
bus velut certis limitibus Christi hominis potentiam esse
definitam.* 2. quodque Zvinglius flagitioso exem-
plo hanc *ἐξουσίαν* à *δύναμει* sejunctam esse ostende-
re voluit. 3. quod Beza respon. ad act. Colloq.
Mompelg. p. 1. pag. 132. disputat: *Hanc omnem
potestatem (quam Christus sibi datam asserit) diver-
sam prorsus esse ab ea quæ est in Deo essentialis, & absolu-
tè consideratur, nihil enim aliud est (inquit) quàm sum-
ma secundum Deum potestas in rebus omnibus creatis ad-
ministrandis, ad quas etiam ipsa refertur, ac proinde in-
ter dona in Christi carnem collata, id est, ad gratiam habi-
tualem referenda est.* p. 133. *non agi hic de æterna filii
Dei omnipotentia, verum de imperio in res omnes creatas,
in ipsam carnem victricem & triumphatricem attributo
apparet ex Græcæ vocis ἐξουσίας significatione, ex cali
& terre nominibus & ex aliorum locorum collatione*
Psalm. 2. v. 8. Dan. 7. v. 14. Johan. 5. v. 22. 1. Corinth.
15. v. 27. inde in prima versione locum sic reddi-
dit: *data est mihi omnis autoritas (quomodo etiam
vertit Arias Montanus) cum autem vox ἐξουσίας
de Apostolis usurpatur Matth. 10. v. 1. Marc. 6. v. 7.
Luc. 10. v. 1. vertit potestatem, ex quo apparet odi-
um ejus contra majestatem & potestatem Christo
ut homini datam. Sed figmentum illud de fini-
ta tantum & inferiori quadam potestate Christo
secundum carnem collata disertè pugnat cum fun-
damentis superius adductis & cum illis ipsis Scri-
pturæ testimoniis, ad quæ Beza nos remittit. Quæ
enim potestas est DEI propria & veram Deitatem
arguit & effecta infinita virtutis producit, ea est
potestas verè divina & infinita. Talis est potestas
illa, quæ Christo homini data, ut ostendunt ma-
nifesta Scripturæ dicta. Ergo est potestas verè
divina & infinita. 4. Qui modestiores videri vo-*

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quinta,

lunt hanc potestatem Christo datam ad officium
Mediatoris referunt, quòd talis ac tanta potestas
Christo homini data sit, qualis & quanta ad officii
partes exequendas ipsi necessaria. Sed si vel ma-
ximè hic locus referatur ad potestatem officii, ni-
hilo tamen minus certum est, divinam & infinitam
potestatem per eam intelligendam esse, cum ad
officium Christi Sacerdotale & Regium omninò
infinita potestas requiratur. Etenim si partes Me-
diatoris non indignissent tali potestate, Filius Dei
non esset constitutus Mediator. Ostendit hoc
res ipsa, quia justitiæ divinæ æquivalenti *λύσιν* sa-
tisfacere, fieri victimam pro totius mundi pec-
catis, colligere sibi Ecclesiam, eandemque con-
tra omnes hostes, imò contra ipsas portas infero-
rum tueri &c. infinitam & divinam potestatem
requiri, eam igitur Christo secundum humanam
Naturam esse datam agnoscant. Fatemur hoc
sine Christo homini potestatem illam datam, ut
in officio Mediatoris eam exerat, sed per id po-
testas ea non circumscribitur vel limitatur, sed est
ac manet infinita & divina potestas. Atque hanc
potestatem Christo dicimus esse datam secundum
humanam Naturam 1. quia secundum divinam
Naturam est *שרי ל'א* ex seipso sufficiens ad
omnia, est ipsa omnipotentia, est *ἀνταρκτής, ἀπε-
πείσθητος*, perfectissimus & purissimus actus, ergo
in tempore ipsi dari aut addi nihil quicquam
potuit Malach. 3. v. 6. Jac. 1. v. 17. Eccl. 42. v. 22.
2. quia per æternam à Patre generationem secun-
dum divinitatem omnia habet, ergo secundum eam
in tempore nihil demum accepit. 3. quia notatione
circumstantiarum digitus intenditur ad humanam
Naturam. Sic Christus, ex mortuis resuscitatus &
paulò post ascensus cælos ac dextram Patris cœ-
lestis confessorus hoc loco dicit, omnem potesta-
tem in cælo ac terrâ sibi datam esse, ut osten-
dat secundum illam Naturam dationem illam
esse factam, secundum quam mortuos ac resusci-
tatus erat, & secundum quam in cælos erat ascen-
surus & ad dextram Patris exaltandus. Juxta
quam Naturam Apostoli Christum viderunt, juxta
quam de eo quidam dubitarunt, juxta quam ipse
ad eos accessit & locutus est cum eis, juxta eam
data est ipsi omnis potestas, ut series textus osten-
dit. Atqui juxta humanam Naturam eum vide-
runt &c. Ergo. Psalm. 8. vers. 7. 1. Corinth. 15. v. 27.
Ephes. 1. v. 22. Heb. 2. v. 7. notanter dicuntur omnia
pedibus Christi subjecta esse. Johan. 3. v. 35. *omnia in
manus ipsius tradita dicuntur, ut ostendatur subjecti-
onem illam juxta eam Naturam esse factam, juxta
quam manu ac pedes habet.* Apocal. 5. v. 5. Christus
vocatur *leo de tribu Juda*, vers. 6. *agnus stans tanquam
occisus*, vers. 12. hic agnus dicitur *dignus accipere vir-
tutem & divitias* &c. 4. quia potestas faciendi ju-
dicium, quæ itidem ad *πᾶσι* illam *ἐξουσίαν* pertinet,
inde & ideo dicitur Christo data, *ὅτι quia & quate-
nus est filius hominis* Joh. 5. v. 27. 5. quia exaltatio,
ad quam pertinet *καθίσθησθαι* collatio, describitur
tanquam consequens & quasi præmium quoddam
exinanitionis & passionis Psalm. 8. vers. 6. Psalm. 110.
vers. ultim. Luc. 24. vers. 26. Roman. 14. vers. 9,
Philip. 2. vers. 9. Hebr. 1. vers. 3. & 4. capit. 2.
vers. 9. Jam verò exinanitio & passio competunt
Christo secundum humanam Naturam. Ergo

X x 2

ad

ad eandem referenda est exaltatio, ac proinde etiam illa omnis potestatis collatio. 6. quia D. Paulus in descriptione exaltationis utitur verbo ἐξαιρέσατο, ex gratia dedit sive donavit Philip. 2. vers. 9. quod non potest de divina Natura intelligi, sed quæ Filius Dei habet per Naturam, ea Filius hominis accipit per gratiam. 7. quia collatio illa omnis potestatis in cælo & terra eo spectat, ut Christus exequatur officium Mediatoris. Jam verò divina Christi Natura ab aeterno infinitam illam potestatem habet, quæ ad officii executionem requiritur. Ergo data est secundum humanam Naturam, quæ illâ indigebat. 8. quia potestas illa in tempore data est Daniel. 7. vers. 13. Johan. 17. vers. 1. Jam vero quicquid in tempore Christo datur, secundum humanitatem ipsi dari intelligendum est. 9. Eadem est constans & perpetua pia Antiquitatis sententia, quæ Ariani, Eunomianis & reliquis Christi hostibus hanc regulam ex immotis Scripturæ fundamentis extractam opposuit. *Quæcumque Scriptura dicit in tempore data esse Christo, illa de Christo intelligenda sunt non secundum Deitatem, sed secundum assumptam humanitatem.* Theodoret. dial. 2. ὅσα λέγει ἡ γραφή ὅτι ἔλαβεν ὁ υἱὸς καὶ ἐδόξασθη διὰ τὴν ἀνθρώπων φύσιν αὐτῆς λέγει, ἔπειτα θεότητα. Sic de collatione omnis potestatis, quam hoc loco sibi in tempore factam Christus dicit, manifestè statuunt juxta humanam Naturam eam esse intelligendam. Eusebius lib. 4. demonstr. Evangel. cap. 13. ὁ λόγος ὁ μὲν ἐν θεῷ δυνάμεως τῶ θεῷ ἔχομεν. Athanas. orat. 4. contra Arianos: *Quod scriptum est, data est mihi omnis potestas, accepit gloriam & honorem &c. hoc intellectu ista omnia interpretamur, humanitatis, ἀνθρώπων, illum ob corpus suum ista omnia loqui. Ipse enim sibi quasi dat a constituitur, quæ humanitatis accepit, ut Domino accipiente, & in ipso, qui Dominus erat, donatione istarum rerum residente, gratia ipsa firma permaneret. Dicit igitur se potestatem accepisse, ut hominem, quam semper habet ut Deus.* Eustathius apud Theodoret. in dial. 1. *Qui unxit Naturam, Deus est ex Deo natus, qui verò unctus est ἐπιπέτητον δυνάμει adventitiam, donatitiam, acquisititiam accepit potestatem. Idem apud Gelasium in hæreseolog. Qui acquisititias suscepit δυνάμει princeps est in omnibus, denique triduanum ex sepulchro resurgens Verbi templum ipso corpore quidem ad proprios venit Apostolos dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, quam potestatem accepit extrinsecus templum & non Deus, qui templum illud præcipuâ pulchritudine edificavit.* Hilar. lib. 10. de Trinitat. *Virtus altissimi virtutem corpori, quod ex conceptione Spiritus virgo gignebat, admisit.* Eusebius Emisenus homil. post Pascha. *Qui secundum divinitatem semper simul cum Patre & Spiritu sancto omnium rerum potestatem habuit, nunc etiam secundum humanitatem omnium rerum potestatem accepit, ut homo ille, qui nuper passus est, cælo & terra dominetur.* Greg. Nyssen. Orat. 2. de resurrect. *Cum auctoritate θεοπατριῶς Deum decente dixit, Mibi data est omnis potestas in cælo & in terra. Nam quæ naturaliter habebat ut Deus, hæc dicitur accipere οἰκονομικῶς, per aconomiam, tanquam homo factus.* Basiliius libr. 4. contra Eunom. *Illud, data est mihi omnis potestas, εἰς τὴν ἐκείνην φύσιν καὶ ἐν εἰς θεότητα νοσίου θεοῦ.* Idem in Psal. 2. *Cum Naturam ut Deus sit Dominus omnium, ut homo tamen horum dominium à Patre accepit. Na-*

zianz. orat. 2. de Filio. *Quod Filius scribitur accipere vitam, iudicium, hereditatem, potestatem omnis carnis, gloriam, &c. humanitatis hæc sunt. Si verò & Deo hæc tribues, non tribues ipsi ὡς ἐπιπέτητον &c., tanquam quæ in tempore accesserint, sed quasi quæ ab initio, συνπαροχόντες, ipsi coexistere ratione Naturæ, non gratiæ.* Epiphani. in Ancerato: *συνδυναμῶσας σῶμα γήινον τῇ θεότητι corpus terrenum una cum Deitate potens efficiens in unam potentiam univit.* Cyrillus lib. 9. thesauri cap. 3. *In potestatem dominandi ut homo ascendit.* Chrysostomus in cap. 1. Ephes. *Hominis serva est universa creata potestas propter inhabitationem Dei Verbi. Potest enim fieri, ut in sublimi quis sit, qui tamen neminem habeat subiectum, sed simpliciter præ aliis in honore habeatur. Huic verò omnia non simpliciter subiecit, sed extremâ subiectione postquam non est inferior, dicit enim: sub pedes ejus subiecit omnia.* Theophylact. in cap. 28. Matth. ex Chrysostom. *Quia humana Natura prius condemnata, nunc verò unita Dei Verbo personaliter sedet in cælo & ab Angelis adoratur, merito dicit: mihi data omnis potestas. Etenim humana Natura prius serviebat, nunc in Christo imperat omnibus.* Ambrosii lib. 5. de fide cap. 6. *Secundum carnem omnia ipsi subiecta traduntur, secundum Deum & à mortuis suscitatus est.* Augustinus tractat. 105. in Johannem. *Quod potestas Christo à Patre data omnis carnis secundum hominem intelligendum est, nam secundum Deum omnia per ipsum facta sunt.* Theodoret. in Psal. 8. *hujusmodi honorem à Deo universitatis scilicet imperium humana Natura in Christo accepit.* Primasius in cap. 2. Heb. *Per hoc quod homo factus est, constitutus est à Deo Patre super omnia opera manuum ejus, cælestia videlicet terrestria & inferna, qui secundum divinitatis potentiam sicut cum Deo Patre omnia creaverat, ita cum illo omnia possidebat, sed & homini omnis creatura monstratur esse subiecta &c.* Leo Epistol. 22. (aliis est 111.) *Dicant adversarii veritatis, quando omnipotens Pater, vel secundum quam Naturam, Filium suum super universa provexerit, vel cui Naturæ cuncta subiecerit? Deitati enim semper omnia fuerunt subiecta &c. huic si addita potestas est, si illustrata dignitas, si exaltata sublimitas, minor erat provehens que crevit, nec habebat divitias ejus Naturæ, cujus indiguit largitate, sed talia sentientem in societatem suam Avius rapuit, cui multum suffragatur hæc impietas.* Vigil. lib. 5. contra Eutychem. *Divina Natura non indiget honoribus sublimari, dignitatis profectibus augeri, potestatem cæli & terræ ob obedientiam merito accipere, secundum carnis igitur Naturam exaltatus est &c. nunquid enim potestatem & dominium creaturæ suæ conditor non habebat, ut novissimis temporibus muneris gratiâ his potiretur? Damasc. lib. 3. c. 18. Humana Christi voluntas Quævis non erat παντοδυναμῶς, ut autem verè & secundum Naturam Dei Verbi voluntas est facta, καὶ παντοδυναμῶς facta est.* Euthymius in h. l. *Data est mihi tanquam homini potestas, quam habebam tanquam DEUS.* In catena aurea super Evangelistas in cap. 28. Matth. de hoc dicto CHRISTI: *Data est mihi omnis potestas, citatur primò Hieronymus: Illi potestas est data, qui paulò ante crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui postea resurrexit.* Rabanus: *Non enim hæc de cœterna Patri divinitate sed de assumpta loquitur humanitate, secundum quam minoratus fuerat patre, lō minus ab Angelis.* Severianus: *Filius quippe*

Dii

Dei Filio virginis, Deus homini, divinitas carni contulit, quod semper ipse cum Patre possedit. Nicephor. libr. 18. cap. 36. Christus à discipulis in Galilea monte conspicitur & sibi à Patre summam potestatem cæli & terræ juxta humanam Naturam scilicet traditam esse confirmat. Lyran. in cap. 2. Luc. Christus non solum in quantum Deus, sed etiam in quantum homo regnabit in æternum, non solum super homines, sed etiam super Angelos. Hæc luculenta piæ Antiquitatis testimonia ostendunt, potestatem illam infinitam ac cæli terræque imperium secundum humanam Naturam Christo datum esse, idque libenter concedit Danæus in exam. libr. Chemnit. pag. 361. Prolixè benignèque hoc ipsi (Chemnitio) largimur, nimirum quæ Christo donata dicuntur, ea respectu humane ipsius Nature aut secundum humanam Naturam dici donata Christo. Idem fatetur Matthias Bredembachius scriptor Pontificius in commentar. super Matth. pag. 270. edit. Colon. Anno 1560. Hæc potestas, inquit, Christo data est tanquam homini, quia ut Deus ab æterno eam habuit. Qui verò ex Calvinianis scriptoribus negant Christo secundum humanitatem hæc esse data, in diversas abeunt opiniones: 1. Quidam dicunt, Personæ Mediatoris ea esse data, ubi subsistendum esse, nec quarendum ulterius, secundum quam Naturam data sint. Sadeel de veritat. human. Natur. Trelcatius in locis p. 58. &c. Respon. etiam nos dicimus Christo Θεω θρωπῶ Dei & Mariæ filio, personæ illi quæ est Deus & homo, hæc esse data: cum verò in Christi persona sint duæ Naturæ, divina & humana, perspicuè ostendendum est, juxta quam Naturam donatio illa facta sit. Persona Christi non est ἐτερον τι, aliquid tertium præter duas illas Naturas, non est tale quoddam compositum, quod neque Deus sit neque homo, sed est Θεω θρωπῶ Deus & homo. Christus constat ex duabus Naturis, subsistit in duabus Naturis & eæ ipsæ sunt unus Christus ἐξ ἑνὸς ἐν αἰῶσι καὶ ἀπερὶ Damascen. lib. 3. cap. 19. Quicquid igitur de hac persona affirmatur, vel secundum utramque vel secundum alterutram Naturam, eamque vel divinam vel humanam ipsi tribuitur, quartum aliquid eorum scilicet quæ nec ad utramque nec ad alterutram Naturam, sed ad personam tantum pertinent, non datur. 2. Quidam donationem in tempore factam exponunt per restitutionem, ac referunt eam ad Deitatem non simpliciter, sed κατὰ τὴν, propter antegressam exinanitionem, quam & ipsam certo modo ad Deitatem referunt. Respond. hæc opinio pugnat cum immutabilitate Naturæ divinæ, cui nec exinanitio nec exaltatio propriè competit. Pertinet autem exinatio ad humanam Naturam, cum definiatur humilis & servilis obœdientia ad mortem usque; crucis Philip. 2. v. 9. Ergo ad eandem etiam exaltatio pertinebit. Secundum divinam Naturam Christus in medio exinanitionis statu omnia cum Patre & Spiritu sancto operatur, conservat & gubernat Johan. 5. vers. 17. ergo nullâ potentiam restitutionem secundum divinitatem indiguit. Adde quod omnem potestatem non restitutam sed datam sibi asserit, quodque in pluribus Scripturæ dictis humana Natura nominatim exprimitur: juxta quam hæc donatio Christo facta. 3. Quidam donationem omnis potestatis & exaltationem referunt ad Deitatem Christi respectu manifestationis ac declarationis. Beza p. 1. respon. ad acta Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quinta.

Colloquiorum pag. 133. Nemo negat Verbi omnipotentiam quadantenus sub velo carnis ad tempus delituisse & quodammodo quod ad manifestationem attinet, videri posse ipsi τὸ Λόγῳ ratione quod, suæ Deitatis tunc fuisse restitutam, cum in hac quoque carne Christus per ætatis ipsius infirmitatis diebus supra omne nomen eveberetur. Respon. illa ipsa manifestatio refertur ad Christum, propter humanam Naturam, quia divinitas Filii omnipotentiam perpetuò exeret, sed in assumpta carne radii illius divinæ gloriæ & potentie in statu exinanitionis non fuerunt conspecti. Adde quod paucissimis Scripturæ dictis hæc explicatio de manifestatione adhiberi possit, cum non habeat locum in verbis dandi ex gratia, donandi, tradendi, collocandi ad dextram &c. Johann. 17. vers. 5. petit CHRISTUS se glorificari apud Patrem, ubi certè manifestatio illa locum non habet: & referendus huc egregius locus Johann. 12. v. 28. ubi CHRISTUS orat: PATER clarifica nomen tuum, venit ergo vox de celo, Et glorificavi & vicissim glorificabo. vers. 30. respondet JESUS: non propter me hæc vox venit, sed propter vos. Præterea plenissima divinæ gloriæ & potentie Christo secundum carnem datæ manifestatio futura demum est in die novissimo. Hebr. 2. v. 8. nunc nondum videmus omnia ei subiecta, unde adventus ejus ad judicium vocatur ἡ ἀποκάλυψις τοῦ δόξης αὐτοῦ 1. Petr. 4. v. 13. Quid, quod Christus in medio exinanitionis statu omnia sibi à Patre tradita, & in manus sibi commissa asserit Matth. 11. v. 27. Joh. 3. vers. 35. cap. 17. vers. 2. ubi cogitatio de manifestatione non habet locum. Denique manifestatio divinæ gloriæ ac potentie in carne & per carnem non excludit, sed potius includit ac præsupponit communicationem & collationem divinæ gloriæ ac potentie carni factam, ut res ipsa ostendit. 4. Quidam exaltationem referunt ad utramque Christi Naturam, ita tamen ut aliter eam definiant respectu divinitatis, aliter respectu humanitatis. Sohnius in exeg. August. Confession. pag. 246. & seqq. qui eò audaciæ progreditur, ut Christum secundum utramque Naturam resurrexisse asserat pag. 262. Anhaltini in Apolog. Electoralibus Theolog. opposita pag. 403. in defens. argumenti 38. In aliis locis Scripturæ loquitur de exaltatione totius personæ juxta utramque Naturam ad perpetuum regnum & Sacerdotium; per quam utriusque Naturæ proprietates non tollitur, velut, data est mihi omnis potestas, DEUS constituit eum super omnia. Respon. Hæc opinio destituitur Scripturæ fundamentis & piorum veterum suffragiis, pugnat cum immutabilitate & perfectione divinæ Naturæ, non satisfacit argumentis, quæ probant Christum secundum humanam Naturam tantum exinanitum & exaltum esse, favet Nestorio personæ διψόστητι introducenti. Si enim duplex exaltatio, duplex sessio ad dextram Dei, duplex adoratio &c. utique etiam duplex persona. Observanda autem illa opinionum diversitas apud adversarios. Quidam concedunt, Christo secundum humanam Naturam datam esse illam omnem in cælo ac terra potestatem, sed negant, eam esse verè divinam & infinitam potestatem. Quidam veritatis luce convicti concedunt, potestatem Christo datam esse divinam & infinitam, negant vero secundum humanam Naturam ipsi eam esse datam;

Nec in hac negatione invicem consentiunt, quidam enim personæ Mediatoris eam datam esse dicunt, atque hic esse subsistendum: quidam divinitati potestatem illam respectu manifestationis restitutam esse disputant: quidam secundum utramque Naturam, sed diversimodè Christum exaltatum esse statuunt. Hæc opinionum divortia Adversariorum sententiam non leviter suspectam reddunt, *ἀπλῆς ὁ λόγος ἀληθείας; καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν, τὸ δὲ ψεῦδος πολυζήτης*, urgenda igitur contra ipsos fundamenta ea, quibus comprobatum dedimus utrumque membrum, videlicet esse infinitam & verè divinam potestatem Christo datam: ac potestatem illam secundum humanam Naturam ipsi datam esse. A quo verò potestatem illam accepit? Christus indefinitè hic dicit, *data est mihi omnis potestas*, alibi verò id sic exponitur, quod à Patre cœlesti potestas illa Christo sit data Psal. 8. vers. 7. Ps. 110. v. 1. Dan. 7. vers. 14. Matth. 11. v. 26. Johan. 3. v. 35. 1. Corinth. 15. v. 27. Ephes. 1. v. 20. Heb. 2. v. 8. unde Tertull. lib. ad vers. Prax. c. 16. & lib. de fuga in perlec. c. 2. etiam hoc loco legit: *Data est mihi à Patre omnis potestas &c.* neq; tamen ab hac donatione Deitas Filii & Spiritus sancti excluditur, sed propter summam & penitissimam divinæ essentiae in Patre, Filio & Spir. sancto unitatem potius includitur. Inde ut Pater dicitur, Filium ex mortuis resuscitasse Ephes. 2. v. 20. & alibi passim; ita ipse propriâ virtutè ex mortuis dicitur surrexisse Joh. 10. v. 18. Roman. 1. vers. 4. Ut Pater dicitur Christum exaltasse Phil. 2. v. 9. ita quoq; ipse in altum ascendisse dicitur Psal. 68. v. 19. Ephes. 4. v. 8. ut Pater dicitur collocasse Christum ad dextram suam Ephes. 1. vers. 20. ita Christus ipse ad dextram Patris consedissee dicitur Marc. 16. v. 19. Ut Pater dicitur inimicos Christi sub pedibus ejus posuisse Psal. 110. v. 1. ita Christum dicitur oportere regnare, donec ipse ponat inimicos suos sub pedibus suis. 1. Corinth. 15. v. 25. Ut Pater dicitur glorificare Filium, Johan. 17. v. 5. ita Christus ipse gloriam suam divinis miraculis manifestare dicitur Joh. 2. vers. 12. Ut Pater dicitur ungere Filium oleo lætitiæ Psal. 45. v. 8. ita Spiritus sanctus corporali specie in Christum descendisse dicitur Luc. 3. v. 22. Hæc omnia luculentè probant, proptet divinæ essentiae unitatem tribus Deitatis personis communem verissimè dici, quod Pater dederit Filio omnem potestatem, scilicet juxta humanam Naturam; & quod Filius, quatenus est unus cum Patre & Spiritu sancto Deus, assumptæ humanæ Naturæ hanc potestatem & gloriam dederit. Cyrill. lib. 4. thesauri c. 2. *Tota Trinitas præstat vitam Filio ut homini. lib. 8. thesauri cap. 1. Ut homo per gratiam à Deitate accipit, quæ ut Deus naturaliter habuit, quare à se quoque ipso ut à Deo ipsemet accipit ut homo. Nam si omnia Pater per Filium facit, & sine Filio factum est nihil, necesse est, credere, quod ipse sibi ipsi exaltationem dedit.* Athanal. de humana Natura suscepta p. 465. *Cum dicit, vitam dedit Filio Pater, carni vitam datam esse intelligere oportet. Pater per Filium corporis Filii excitationem perfecit. pag. 471. Evidens est omnia Patrem per eum (Filium) facere, atque ita fieri, ut ipse à Patre per seipsum excitetur, ipse per seipsum sanctificetur, ut ipse per seipsum extollarur, ipse sibi vitam largiatur. Idem oration. 2. contra Arianos pagin. 172. Pater sanctificat Filium, & Christus sanctificat seipsum. Admira-*

bile est, quod Filius cum Patre donat, id idem cum sit Filius à seipso accipit, eò quod corpus illa recipiat. Chrysolog. serm. 80. Quod dixit, data est mihi omnis potestas &c. quid ipse in se sibi dederit hoc declarat probante Apostolo, cum dicit: Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, Filius Dei, virginis Filio; Deus homini; divinitas carni contulit, quod cum Patre & Spiritu possedit. Epiph. 1. 2. tom. 2. contra Ariomanitas: Ita intelligendum est, quod scriptum est: Omne iudicium dedit Filio, ac dedit ei potestatem, ut quos vult, vivificet, ut primo una Deitas Trinitatis indicetur, deinde quod incarnatio cum Deitate assumat donatam ipsi à Patre & Filio dignitatis donationem & potestatem & perfectionem & ad unam spiritualem Deitatis coinventionem. Leo Epistol. 41. (aliis est 81.) Quæ Filius Dei in forma servi à Patre accipit, eadem in forma Dei etiam ipse donavit. Est ergo in hac potestatis collatione & in dictis, quæ loquuntur de datis Christo in tempore relatio inter Patrem dantem & Filium accipientem scilicet quatenus est homo seu juxta humanam Naturam, sicut hæc determinatio additur Johan. 5. vers. 27. Pater dedit omne iudicium Filio, ut quia & quatenus Filius hominis est. Λόγος enim Deitas in tempore nihil accipit, sed caro & Λόγος. Proinde non procedit collectio. Pater dicitur Filio dare omnem potestatem. Ergo est relatio inter Patrem dantem & Filium accipientem, non autem inter Λόγον & assumptam carnem. Consequens vitiosè annectitur; concedimus esse relationem inter Patrem & Filium, sed statim quærimus, secundum quam Naturam? quæcunque enim de Christo dicuntur vel secundum divinam Naturam, vel secundum humanam, vel secundum utramque Naturam ipsi tribuuntur, jam verò secundum divinam Naturam ea non possunt tribui, neque etiam secundum utramque Naturam, ut ostendimus superius, restat igitur, ut tribuantur ei secundum humanam Naturam, ex quo consequitur, esse in his dictis relationem inter Patrem & Filium secundum assumptam carnem, seu quod idem est, inter totam Trinitatem & assumptam Filii carnem, quia scilicet secundum Deitatem Filius est unus cum Patre & quæcunque Pater facit, eadem ipse facit Filius Joh. 5. vers. 19. propter essentiae identitatem. Quod quidam docent, esse in hac potestatis collatione relationem inter Patrem dantem & Filium ut Mediatorem accipientem, id hoc sensu accipiendum, quod collatio illa potestatis eo fine Christo facta sit, ut partes officii sibi divinitus demandati exequatur, nequaquam verò eo sensu intelligendum, Christo ut Mediatori hæc esse data, vel quod secundum utramque Nat. hæc illi data sint, sicut secundum utramque Nat. est mediator, vel quod subsistendum sit in persona Mediatoris, neq; ulterius quarendum, secundum quam Naturam sint data, vel quod finita quædam & limitata potestas officii ratione Christo data sit; horum sensuum aliquo si quis asserat Christo ut Mediatori hæc esse data, aberrat à cœlestis veritatis tramite, ut constat ex superioribus. Quærat aliquis, cum tota Trinitas hanc potestatem Christo homini dederit, cur ad Patrem illa collatio & exaltatio ut plurimum in Scripturis referatur? Respond. nomen Patris juxta fidei analogiam in his dictis essentialiter pro tota Trinitate accipi potest, quæcunque enim Patri tribuuntur, eadem omnia,

omnia, solo caractere hypostatico excepto, etiam Filio conveniunt propter essentia, potentia & operum identitatem. Si quis tamen propter relationem inter Patrem & Filium omnino velit Patris nomen *personliter* accipiendum esse pro prima Trinitatis persona, dicendum erit, collationem illam potestatis & reliquorum donorum ideo referri ad Patrem, non quod Filius & Spiritus sanctus ab hoc opere sint exclusi, sed 1. quia Pater est fons Trinitatis, ut loquuntur veteres, à quo per aeternam generationem Filius omnia accipit. August. tract. 106. in Johan. super verba, Tulerant & illos dedisti mihi: *Cum Patri potius tribuisse videatur, ut ab eo illos acceperit, quoniam ex ipso est, quicquid est, de quo est, etiam ipse Filius sibi eos dedit, hoc est, cum Patre Deus Christus homini Christo, quod cum Patre non est, homines dedit.* Et postea: *Quos Deus Filius de mundo elegit cum Patre, idem ipse homo filius de mundo eos accepit à Patre.* 2. quia Patri tribuitur missio Filii in mundum, decretum de redemptione ac salute nostra, ejusque in tempore facta executio per Filii incarnationem, confirmatio officii ipsius, miraculorum operatio &c. Ut ergo hæc omnia à Christo ipso Patri tribuantur Johan. 3. v. 16. cap. 6. v. 39. cap. 10. v. 18. cap. 14. v. 10. &c. ita quoque ista dona, gloria, honor, potentia & majestas Christi, quæ secundum humanam Naturam ditatus est, ad Patrem tanquam ad fontem referuntur. 3. ut hac ratione perfectio *λόγος* à Christo Mediatore præcti insinuetur. Christus propter peccata totius humani generis in se connecta à Patre cœlesti in ira castigatus est, ac veluti sponsor noster in carcerem sepulchri connectus: quia verò cœlestis Pater hunc sponsorem non solum ex carcere dimittit, sed etiam exaltat eum, collocat ad dextram suam, ac dat ei omnem in cœlo ac terra potestatem, ex eo colligitur, plenè pro peccatis hominum ipsi per Christum factis factum ac iram ejus placatum esse. Porro cum hæc demonstratum sit verè, divinam & infinitam potestatem Christo secundum humanam Naturam à Patre cœlesti datam esse, quæritur ulterius, quo modo doque tempore collatio illa facta sit? *Modum* quod attinet, facilius dici potest, ut in rebus divinis contingere solet, quæ ratione non sit facta hæc communicatio, quam quomodo facta sit. Communicatio enim illa divinæ potestatis & reliquorum attributorum 1. non est verbalis tantum ac nominalis, honorarius quidam titulus ac modus saltem loquendi, sicut Dynasta hujus seculi titulis earum regionum honoratur, in quibus nullam obtinent jurisdictionem. Absit verò ut tale quid hoc loco cogitare velimus, etenim quam verè Christus seipsum exinanivit ad mortem usque crucis, tam verè etiam exaltatus est omni potestate in cœlo ac terra sibi concessa. 2. non est communicatio physica & naturalis, quasi *λόγος* extra se in assumptam humanam Naturam idiomata illa divina effuderit, seque majestate & potentia suâ evacaverit in assumptam Naturam tanquam in aliud subjectum eam effundendo. 3. non est essentialis communicatio, sicut Pater gignendo Filium totam divinitatis essentiam & omnia essentialia idiomata divinitatis ei communicavit. Manent enim distinctæ essentia divina & humana in Christi persona, nec ulla sit *ὁμοσις* Naturarum, nec propria unius

Harm. Tom. III, vel Gerhard. Cont. pars quinta,

Naturæ sunt propria alterius Naturæ, quia *ἡ ἰδιότης ἐστὶν ἀκίνητος* 4. sed est communicatio talis, qualis ipsa unio scil. *personalis*, quæ divina Natura Filii divina sua idiomata intra hypostasin retinet, assumendo autem Naturam humanam in unitatem & *κοινωνίαν* suæ hypostaseos, simul eandem in *κοινωνίαν* idiomatum evehit, quod pii veteres declarant exemplo 1. *ferrigniti* Orig. lib. 2. *περὶ ἀρχ.* cap. 6. Basil. homil. in sanct. Christi nativ. August. lib. 2. de incarn. verbi p. 497. Damasc. lib. 3. orth. fidei cap. 15. & 17. ex Athanasio & Cyrillo. 2. *corporis animati* Justin. in expos. fidei, Athanas. Dial. 5. de Trin. &c. 3. *lucis primogenitæ*. Just. & Athan. l. d. Oecum. in cap. 2. Coloss. &c. quæ omnia latè exposta vide apud D. Chemnitium lib. de duab. Nat. c. 22. & 23. ubi ostendit à communicatione illa majestatis ac potestatis Christo secundum carnem facta removendam esse omnem confusionem, conversionem, abolitionem & exæquationem Naturarum, modum autem communicationis respondere unioni, sicut vis lucendi & urendi per unionem communicatur ferro ignito. Deniq; quod ad *tempus* attinet, quo omnis illa in cœlo & terra potestas ac reliqua divina idiomata Christo ut homini communicata, manifestum est ex textu, Christum post suam ex mortuis resurrectionem sibi hanc potestatem datam asserere, sicut & Daniel. 7. 14. veniens in nubibus cœli *ad Antiquum dierum*, h. e. in sua ad cœlos ascensione potestatem illam accipere dicitur: Luc. 24. 26. per resurrectionem *in gloriam intrasse*, & Eph. 1. v. 20. per collationem ad dextram Dei *super omne nomen exaltatus dicitur, atque omnia pedibus ejus subjecta*. Id verò non ita accipiendum, quasi exaltatio & glorificatio humanæ Naturæ in Christo ab extra & aliunde, quam ex hypostatica cum *λόγος* unione accesserit, quæ enim major gloria ac majestas humanæ Naturæ obtingere posset, quam assumi in unitatem personæ & *λόγος* & esse templum proprium, in quo tota plenitudo divinitatis habitat *σωματικῶς* Coloss. 2. vers. 9. quæ dignitas ac majestas in primo statim incarnationis momento assumptæ humanæ Naturæ in Christo obtigit. Ergo ut humana Natura in primo incarnationis momento in *ὑπόστασιν* & *λόγος* est assumpta, ita quoque in eadem *ὑπόστασιν* particeps facta divinæ potestatis gloriæ ac majestatis, quam plenâ luce statim exercere potuisset, sed propter opus redemptionis intercessit status exinanitionis, in eo consistens, quod tota plenitudo divinitatis personaliter in assumpta Christi Natura habitans, virtutem, potentiam & majestatem suam nec statim, nec semper plenè & perfectè in assumpta & per assumptam Naturam exeruerit, sed gloriam illam, virtutem & potentiam quasi infirmitatibus tectam occultavit & ab operè retraxit, ut pati ac mori posset. Postquam verò depositis infirmitatibus & remotâ exinanitione plenam & manifestam hujus gloriæ, majestatis & potentia usurpationem & ostensionem in humana Natura per resurrectionem, ascensionem & sessionem ad dextram Dei cepit, tunc exaltationem, gloriam & potestatem accepisse dicitur, cum tamen in medio exinanitionis statu propter plenitudinem divinitatis in assumpta carne habitantem plenâ luce eandem exercere potuisset; Quod enim exinanitio non significet omnimodam carentiam & privationem hujus gloriæ, sed re-

Xx 4

spiciat

spiciat tantum usum seu usurpationem ejus, quod infirmitate testata tempore exinanitionis in humana Natura nec planè nec semper luxerit, ex eo manifestè intelligitur, quod Christus in medio exinanitionis statu sibi omnia à Patre tradita asserit Matth. 11. v. 26. Johan. 3. v. 35. quòd in miraculis gloriam suam manifestavit Johan. 2. v. 12. quòd in transfiguratione Apostoli viderint majestatem & gloriam ejus quasi unigeniti à Patre Matth. 17. v. 1. Johan. 1. v. 14. 2. Pet. 1. v. 17. &c. qui certè fuerunt radii divinæ majestatis, potestatis & gloriæ Christo homini communicatæ. Quia vero per sessionem ad dextram Dei ingressus est in plenariam & manifestam usurpationem atq; ostensionem illius potestatis, gloriæ & majestatis divinæ, quæ totâ plenitudine personaliter in assumpta Natura à primo unionis hypostaticæ initio jam ante habitaverat, ut nunc non amplius, sicut in exinanitione, se contineat, retrahat ac veluti lateat, sed ut in assumpta humana Natura, cum ea & per eam plenè, manifestè & gloriose se exerat, inde & ideo tempore exaltationis demum illam potestatem & gloriam sibi datam esse asserit, quæ omnia latius alibi exponuntur & tractantur. De hac igitur verè divina & infinita potestate sibi secundum humanam Naturam à Patre cœlesti per unionem hypostaticam & exaltationem gloriosam data, Christus hoc loco concionatur Apostolis in hac solenni manifestatione, 1. ut confirmata resurrectionis veritate, ac *τὸ ὄν* demonstrato, etiam *τὸ ποιεῖν* demonstraret. Accedit ad dubitantes, voce notâ ac familiariter eos alloquitur, præbet se illis accuratè contemplandum, non tamen in eo subsistit, sed addit, sibi ex mortuis resuscitato omnem potestatem in cœlo ac terra esse datam, ideoque ad articulum de resurrectione hoc pertinere, ut non solum de veritate resurrectionis certi simus, sed etiam sciamus, resurrectionem pertinere ad exaltationis statum, sicut per resurrectionem *in gloriam suam* Christus dicitur *intrasse* Luc. 24. vers. 26. In resurrectione gloriosum egerat de morte ac Satana triumphum, eidemque ademerat potestatem, quam propter peccatum in genus humanum obtinebat, sibi ergo omnem in cœlo ac terra potestatem, ac plenum in genus humanum, quod redemit, dominium datum esse asserit. 2. ut obstrueret fontem dubitationis de veritate resurrectionis, hujusque apparitionis. Probabile est, Christum ex improvise in medio discipulorum astitisse, sicut in prima manifestatione factum erat Luc. 24. v. 36. Johan. 20. vers. 19. inde fortassis suspicabantur, Christum non apparere vero suo corpore ex mortuis suscitato, cum hæc repentina apparitio cum proprietatibus veri corporis videatur pugnare. Christus igitur docet, omnem potestatem in cœlo ac terra sibi datam esse, ac proinde suo corpore se plus præstare posse, quam naturalis proprietates corporis humani aliàs ferre solet. 3. ut obviam iret opinioni discipulorum de terreno quodam regno auspiciando. Quemadmodum die ascensionis quarunt, *an hoc tempore ressiturus sit regnum Israelis* Act. 1. vers. 6. ita procul dubio etiam hoc loco cogitarunt, quidnam Christus ex mortuis suscitatus porro sit acturus, an regnum terrenum auspiciaturus, liberando populum Israeliticum à dominio Romanorum &c. sed Christus respondet, datam sibi esse omnem in

cœlo ac terra potestatem, remittit eos ad Dan. 7. vers. 14. ubi Filius hominis ab Antiquo dierum talem potestatem accipit, quæ est æterna, & tale regnum, quod non corrumpitur, ostendit igitur, regnum suum non esse terrenum: sed cœlestè; non particulare, sed universale; non transitorium, sed æternum; atq; hoc infinitum ac verè divinum in cœlo terraq; dominium opponit errori discipulorum de mundano quodam regno in his terris administrando. 4. potissimum verò hoc sine de potestate illa divina sibi data Apostolis locutus est, ut in officio, quod paulò post ipsis mandaturus erat, fortes & animolos ipsos redderet, ita namq; cohærent verba: *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes.* Erasmus monet, particulam illativam *et* non inveniri in quibusdam Codicibus Græcis, sed textus series ostendit, eam omnino addendam esse, sicut pleraq; omnia exemplaria habent, uti etiam interpret Syrus: *וְהָיָה לְכָל הָעָם* *Ite ergo.* Et præbet hæc particula illativa utilem commonefactionem. Apostolis procul dubio difficile ac periculofum fuit visum, prædicare Evangelium in toto orbe, ac docere omnes gentes. Noverant, mundum universum sectari cultus idololatriæ, ac gentes superstitionibus, erroribus & falsis cultibus immerfas esse, dum ergo jubentur Evangelium in toto orbe prædicare, eo ipso jubentur toti mundo se opponere, cultus illos, quos mundus judicat esse optimos, improbare ac damnare &c. Christus igitur mandato de prædicatione Evangelii in toto mundo præmittit testimonium universalis potestatis ac dominii in cœlo & terra sibi concessi: *Data est mihi omnis potestas in cœlo.* Ergo non debetis dubitare, me Spiritus robore cœlestis dato vobis in ministerio ad futurum, & corda hominum virtute verbi ac Spiritus potenter conversurum: *Data est mihi omnis potestas in terra.* Ergo non debetis dubitare, me contra furores mundi & persecutiones Tyrannorum vos potenter defensurum. Non ablego vos in terras dominio meo exemptas, sed in illas mundi oras ac plagas, quæ me Dominum & Regem agnoscere coguntur. Ergo forti ac intrepido animo munus prædicandi Evangelii in toto orbe suscipite. 5. Denique Christus his verbis autoritatem illam divinam, quæ Apostolos in totum orbem ad docendum Evangelium ablegat, comprobare voluit. Quemadmodum enim invitaturus ad se omnes laborantes & oneratos, *omnia sibi à Patre tradita esse*, præmittit Matth. 11. vers. 27. h. e. omnia quæ ad agnitionem Dei & salutem hominum pertinent sibi ut Mediatori à Patre tradita & commissa esse asserit, ut ex ipsius manibus ad nos descendant: ita quoque hoc loco commendaturus Apostolis ministerium Evangelii omnem in cœlo ac terra potestatem sibi datam esse testatur; h. e. autoritatem constituendi Ministerii ac mittendi Legatos divinitus sibi datam asserit, quæ sit autoritas plena, quia cœli terræque potestatem ac dominium complectitur: & autoritas *justa*, quia non rapta Phil. 2. v. 8. sed à Patre cœlesti data & concessa. Inde Syrus interpret hoc loco repetit verba Christi ex Joh. 20. v. 21. *Sicut misi me Pater, ita & ego mitto vos, Ite ergo, docete omnes gentes*, ut sit senius. Quemadmodum Pater cœlestis ad officium Mediatoris misit me in mundum, ut Propheta; Sacerdotis ac Regis munere perfungar, atque hoc sine omnem potestatem

testatem in cœlo ac terra mihi secundum humanam Naturam dedit, ut secundum eam etiam & non secundum divinam Naturam tantum partes officii exequi possim: ita & ego mitto vos, non quidem ad redemptionem humani generis, hoc enim opus mihi soli relictum, sed ad prædicationem Evangelii in toto orbe, ut beneficia præciose à me parta per verbum distribuantur. Hanc potestatem & auctoritatem mittendi Legatos Pater cœlestis mihi dedit, jure igitur ac merito eam exerceo ablegando vos cum prædicatione Evangelii in universum orbem. Nec tamen hæc auctoritas & potestas officii Christo Mediatori data opponenda est communicationi divinæ potentia, cum potestas officii communicationem illam divinæ & infinitæ potentia prærequirat, ut superius etiam monuimus, siquidem in officio Mediatoris Natura Christi humana agit & operatur non solum ex naturalibus suis viribus & proprietatibus, verum etiam tanquam organum personaliter unitum vi agentis primarii ex communicata sibi per unionem hypostaticam divina potestate, quâ de relic scribit Damascenus lib. 3. orth. fid. cap. 17. *Caro Domini divinis actionibus data est, τὰς θεϊκὰς ἐνεργείας ἐπὶ λῶσιν, propter purissimam ad Verbum unionem, hoc est, hypostasin, nequequam naturalium proprietatum excidentiam sustinens, non enim secundum propriam actionem, sed propter unitum sibi Verbum divina operatur, Verbo per eam propriam manifestante actionem. Nam & urit ignitum ferrum, non naturali ratione usitiam possidens actionem, sed ex unione ignis ad ferrum illud obtinet. Ipsa igitur mortalis erat propter seipsam & vivificans propter unionem ad Verbum secundum hypostasin.* Quod Damascenus de vi vivificandi dicit, idem de omni in cœlo ac terra potestate intelligendum, quæ non minus quam vis vivificandi ad *δοτὴν ἐλάσματος* officii Christi requiritur. Et cap. 19. *Caro divinitate Verbi agente propter hoc ut organo corpore divinas perficiebat actiones & propter hoc ipsum etiam, quod unus erat agens, divinè simul & humanè.* Atque hæc sunt causæ propter quas Christus mandato de prædicatione Evangelii in toto orbe præmittit testimonium divinæ potestatis in cœlo ac terra sibi data. Nobis verò maxima consolatio in hac doctrina reposita est, quod Christus secundum eam Naturam juxta quam est frater noster, ad tantam gloriam & majestatem evectus, ut omnis in cœlo ac terra potestas, omne dominium ac universale regimen ipsi datum sit. Quia enim omnem in cœlo potestatem habet, ex eo certi sumus, quod bona cœlestia nobis in ipsum credentibus distributurus sit. *Accipiam vos ad me ipsum,* dicit Joh. 14. vers. 3. *ut ubi ego sum & vos sitis.* Occupavit cœlestem regnum Act. 3. vers. 20. in illo piis *paravit locum,* Johan. 14. vers. 2. Quia omnem super terram potestatem habet, ex eo certi sumus, quod Ecclesiam suam contra omnes hostes ac Tyrannos conservaturus sit, sicut postea dicit: *Ecce ego vobiscum usque ad consummationem seculi.* Natura nostra in Adamo primo humani generis parente acceperat dominium super omnia animantia Genes. 1. v. 26. sed per peccatum hac felicitate excidit. Christo igitur Mediatori non finita quædam sed omnis in cœlo ac terra potestas data & quidem secundum eam Naturam, juxta quam est nobis *δουλοῦσιν* ac frater noster, sicque Natura nostra in Adamo de-

pressa & dehonefata, per Christum & in Christo iterum evecta & glorificata est, quod in nostrum commodum ac nostram salutem cedit, ex fonte enim in assumpta humana Natura personaliter *ἀδύνατον*, unita perpetuò scaturiente etiam ad nostram infirmam & egenam Naturam rivuli vitæ & gloriæ per fidem descendunt. Possunt hæc latius deduci, nobis sufficit summa capita tantum attingere.

Hanc ergo divinam potestatem & plenum in cœlo ac terra dominium fundamenti loco injungendæ Apostolis functioni Christus substernens. 2. mandatum subjicit de colligendis sibi discipulis, h. e. Ecclesia per prædicationem verbi & administrationem Baptismi in toto orbe. Cum ante passionem in prima missione ad evangelizandum eos ablegaret, diserto mandato prohibebat *ne in vias gentium abirent, neve in civitatem Samaritanorum ingrederentur.* Matth. 10. vers. 5. *sed ad perditas oves domus Israel tantummodo irent.* Cum enim Christus fuerit *minister circumcisionis* propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones Patrum, Rom. 15. vers. 8. ideo voluit, ut Judæis, tanquam filiis regni, primo gratia Dei offerretur. Sed hoc loco post resurrectionem aliud præceptum dat Apostolis, jubens ut in universum orbem exeuntes omnes gentes doceant, sicut etiam in prima manifestatione prædixerat, *penitentiam & remissionem peccatorum prædicandam in omnes gentes* Luc. 24. v. 47. & in ultima apparitione die ascensionis hoc ipsum repetit: *Eritis mihi testes usque ad extrema terra* Act. 1. vers. 8. Quare verò in universum orbem cum prædicatione Evangelii Apostolos exire jusset? 1. voluit docere meritum ac beneficia suæ passionis & mortis esse Universalia, nec ad Judæos solum, sed etiam gentes pertinere, ideo per verbum eadem omnibus gentibus offerenda esse. Quamvis enim Christus ex Judæis natus in Judæa potissimum docuerit, unde etiam *minister circumcisionis* vocatur Rom. 15. v. 8. gaudium tamen, quod nativitas ipsius attulit, pertinet ad omnem populum Luc. 2. v. 10. beneficia, quæ præciofâ suâ passione ac morte parta in Evangelio distribuit, ad omnes pertinent, sicut testantur vaticinia V. T. de vocatione gentium ad Christi regnum, in cujus rei testimonium Christus ipse excursus aliquando ad gentes instituit odore doctrinæ & miraculorum inter illas sparso Matth. 15, 21. Marc. 7, 24. & ex Marci 7. v. 31. colligitur, sedem ministerii Christi per dimidiam fere tertii anni partem fuisse in finibus gentium, quod certè præludium fuit, *regnum Dei à Judæis ad gentes transferendum esse* Matth. 21, 43. 2. per passionem & mortem Christi *maceries mediæ parietis* erat sublata Ephes. 2. v. 14. sublato igitur illo inter Judæos & gentes *μεσολίχην*, in universum orbem Apostolos exire jubet. Populus Israeliticus ideo peculiariter à Deo electus erat, ac terra Canaan ad habitandum ipsis data, non quasi omnes reliquæ gentes absolute quodam decreto à gratia Dei, à consortio Ecclesiæ & æterna salute essent rejectæ, sed ut esset certa sedes & politia, in qua Messias nasceretur, doceret, miracula ederet ac officium redemptionis perageret. Postquam igitur Messias in mundum venit & officium redemptionis peregit, destructa est politia Judaica & publico Evangelii præconio gentes ad regnum Christi sunt vocatæ. 3. hac ratione contemptus Evangelii in Judæis punitus est. Christus in primo

intelligitur, appellatione *creatura* omnes gentes si-
ve omnes homines intelligi. Ne quis enim genti-
um nomine apud Matthæum exclusos putaret Ju-
dæos, idè Marc. dicit *omni creatura*, h. e. omnibus
hominibus, siue sint Judæi, siue gentiles, Evange-
lium esse prædicandum. Quâ ratione in phrasi omnis
creaturæ est *ἡ ἐπιβολὴ ἐν φωνῇ* ad omnes Evangelii
præconium pertinere significans, adè ut si bestia
quoq; & saxa audire possent, non excluderentur.
Quare nomine creaturæ homo designatur, ejus rei
causam constituunt veteres primò in convenientia
hominis cum omnibus creaturis; est enim *ἡ ἡμετέρα
ἡ μικροκόσμος*, parvus mundus complectens
in se quicquid toto universo continetur. Origen.
hom. 2. in diversos: *Homo corpore constat & animâ.
Corpus de hoc mundo & animam de alio mundo colligens
unum facit ornatum & corpus & c. omnis creatura
in ipso velut in officina quadam constat.* Hieron.
*Homo aliquid commune habet omni creaturæ, Angelis,
peccoribus, lignis, lapidibus, igni & aquæ, calido &
frigido, humido & arido, quia minor mundus dicitur.*
Gregorius: *Homo habet esse commune cum
lapidibus, vivere cum arboribus, intelligere cum
Angelis.* Lyranus: *Homo habet convenientiam cum
omni creaturâ, per esse enim convenit cum inanimatis,
per vivere cum vegetabilibus & plantis, per sentire
cum animalibus, per intelligere cum Angelis.* Thom.
p. 1. q. 91. art. 1. *Omnes differentie rerum & genera-
entium in homine concurrunt, deinde in excellen-
tia hominis super omnes creaturas, ut καὶ ἐξ ὅλων
hæc appellatio ipsi tributa intelligitur, sicut &
Siracides cap. 49. vers. 18. dicit, Adamum ὡς πᾶν
ζῶον ἐν τῇ κτίσει ἀλάζον, omnis enim creatura
propter hominem est facta. Symplicius est synec-
dochen Scripturis usitatam hic agnoscere, juxta-
quam figuram Eva dicitur mater omnium viventium,
hoc est, hominum Genes. 3. v. 20. & omnis caro,
hoc est, omnis homo dicitur corrupisse viam suam
Genes. 6. v. 12. Peculiariter notandum, quòd
Marcus eodem sensu voce *κτίσεως* utitur cap. 10.
v. 6. ab initio creaturæ masculinam & feminam fecit eos De-
us, hoc est, ab initio creati hominis, quia homo
non primo statim, sed sexto die conditus, ut Histo-
ria Mosaica testatur. Paulus Coloss. 1. v. 23. ad hoc
mandatum Christi respiciens Evangelium prædica-
ndum esse dicit ἐν πάση κτίσει τὸ εὐαγγέλιον, quòd
v. 6. sic exponit, ἐν παντί τῷ κόσμῳ, & v. 28. docentes
omnem hominem. Deinde cum Petrus 1. Epist. 2.
vers. 13. varios ordines Magistratum, quorum
quidam sunt superiores, quidam verò inferiores
nominet κτίσιν ἀνθρώπων, *Estote, inquit, subjecti omni
humanae creaturæ propter Dominum, siue Regi, tanquam
precellenti, siue Ducibus, tanquam ab eo missis & c.* idè
verba Christi ad varios status atque ordines homi-
num referri possunt, ut sit sensus, prædicandum
esse Evangelium omni creaturæ, hoc est, omnis
status & conditionis hominibus, siue sint Magistra-
tus siue subditi; domini, siue servi; sublimes si-
ve humiles, quâ ratione deceretur, non aliam
doctrinam atque aliud Evangelium proponi Dy-
nastis hujus seculi, sed eandem doctrinam atque
idem Evangelium, quòd contentissimis & abje-
ctissimis hominibus prædicatur, quia coram Deo
non est respectus personarum Act. 10. vers. 34.
Rom. 2. v. 11. Ephes. 6. vers. 9. quòd referri potest,
quòd Osiander vocabulum *creatura* sic explicat,*

prædicandum esse Evangelium omnibus homini-
bus, quantumvis sceleratis, etiam si hominum ap-
pellatione indigni videantur. Denique cum rege-
neratio hominis sit quasi nova quædam *κτίσις*, siue
ut Justinus loquitur, ἀνάκτισις καὶ ἀνάπλασις, idè
Christus jubens Evangelium omni creaturæ prædi-
care, tacitè innuit, quòd hæc doctrina sit salutare
medium regenerationis ad vitam æternam, sicut
Jacobi 1. v. 18. dicitur: *voluntariè nos genuit verbo
veritatis eis τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχὴν τινὰ τῆς ἀληθινῆς
κτίσεως, ut simus aliquod initium creaturarum ejus, quòd-
que per Evangelii prædicationem totus mundus
quasi reformandus ac renovandus sit, sicut experi-
entia testatur, per prædicationem Apostolorum
totius mundi ac rerum omnium faciem esse muta-
tam, quando scilicet gentes idololatricæ abjectis
superstitionibus & falsis cultibus Christo nomina
sua dederunt & juxta præscriptum verbi Deo servi-
re cœperunt, es ist gleichsam eine neue Welt worden.*
Hic procul dubio respexit Christus, quando apud
Marcum jubet prædicare Evangelium omni crea-
turæ. Ambros. lib. 1. de fide c. 6. ex vocabulo crea-
turæ colligit divinitatem Filii: *Qui universam
creaturam dicit, nullam excipit. Et ideo ubi sunt,
qui creaturam Christum appellant. Nam si creaturæ
esset, nunquid ipse sibi mandaret Evangelium prædi-
cari? Non igitur creatura est; sed creator, qui
docende creaturæ discipulis suis mandat officium.*
Porro huic mandato Christi Apostolos obsecu-
tos fuisse, intelligitur ex Eusebio, qui lib. 3. Eccl. Hist.
c. 1. ex Origene refert, *sancti Servatoris
nostri Apostolos & discipulos per universum orbem fu-
isse dispersos, ac Thome quidem, ut habet traditio,
obtigisse Parthiam, Andrea Scythiam, Johanni Asi-
am, Petrum in Ponto, Galatia, Bithynia, Cappado-
cia & Asia docuisse & c.* Alii ex traditione hanc
divisionem proferunt, quòd Thomas & Bartho-
lomæus in Oriente; Petrus, Jacobus & Johannes
in Occidente; Simon & Matthæus in Meridie;
Philippus & Judas Thaddæus in Septentrione
præclaram de Christo famam sparserint. Nos verò
Universales illas particulas, *ite in orbem univer-
sum, docete omnes gentes, prædicate Evangelium omni
creaturæ*, probè observemus, ex illis enim immotè
colligere possumus, ad nos quoque Evangelium
& bona in Evangelio oblata pertinere. Eo ipso
enim quando Christus omnibus hominibus Evan-
gelium prædicare jubet, ostendit, quòd pro omni-
bus hominibus sit mortuus, quòd pro peccatis
omnium satisfecerit, & quòd omnibus gratiam
Dei, remissionem peccatorum & vitam æternam sit
promeritus, hæc enim bona in verbo Evangelii
omnibus offeruntur. Ut ergo prædicatione legis Uni-
versalis est, omnes homines propter peccatum ac-
cusans & damnans: ita etiam prædicatione Evangelii
est Universalis omnibus propter Christum & in
Christo offerens gratiam Dei, peccatorum remis-
sionem & vitam æternam, proinde non est fingen-
dum absolutum aliquod decretum, quo maxima
hominum pars à gratia Dei, à merito Christi & à
beneficiis Evangelii absoluto quodam odio sit ex-
clusa, id quòd evidentissimè huic mandato de præ-
dicando Evang. in universo orbe adversatur. Quo
verò sine in universum orbem ablegantur discipu-
li? Sperabant regnum quoddam politicum à Chri-
sto inchoandum, in quò magnos honores & sin-
gulares

gulares dignitates sibi somniabant, sed Christus jubet ipsos exire *ad prædicandum & docendum*. Sperabant residentias principales, quales hodiè obtinent Episcopi, qui se Apostolorum successores esse gloriantur, sed Christus jubet eos *exire in universum orbem*, significans in perpetua quadam peregrinatione ipsos futuros, ex quo intelligi potest, quid de commento illo statuendum sit, quòd Petrus 25. annis in cathedra Papali Romæ sederit, ac Regimen Monarchicum in Ecclesia administraverit. Sperabant dominium, sed Christus ipsis commendat ministerium: sperabant quietem & dignitates, sed Christus illis imponit docendi ac prædicandi labores. Primum autem *in genere* præcipit, quòd debeant *docere, μαθητεύειν, omnes gentes*, deinde *in specie* exponit, quibus modis ac mediis discipulos Christo facere, hoc est, Ecclesiam colligere debeant, videlicet 1. Evangelium prædicando. 2. Baptismum administrando. 3. informando eos, qui per Evangelii prædicationem & Baptismi administrationem ad Christum conversi sunt, de omnibus, quæ ipse servanda præcepit, ut hac ratione doceatur, verum Christianismum consistere in hisce membris: ut Christum in verbo audiamus & verâ fide ipsius beneficia amplectamur; ut Baptismum in nomine S. S. Trinitatis administratum suscipiamus; denique ut servemus omnia, quæ Christus præcepit, & fidem testimonio operum comprobantes doctrinam sanctâ conversatione ornemus.

Primum jubentur Apostoli *μαθητεύειν παντα τὰ ἔθνη, discipulos Christi*, hoc est, ut nos loquimur Christianos facere ex omnibus gentibus, qui enim hodiè dicuntur *Christiani* à Christo, cui nomen dederunt, quique *fecit eos Reges & Sacerdotes* per unctionem Spiritus Apocal. 1. v. 6. illi in Ecclesia primitiva Apostolica dicebantur *μαθηταὶ & Χριστοὶ* Act. 11. v. 26. quæ significatio hujus appellationis frequens est in Actis Apostolicis. Apud Plutarchum in vita Isocratis *μαθητεύειν* cum Dativo significat esse discipulum ac auditorem, sed hoc in loco usurpatur cum Accusativo, non *μαθητῶν* ipsam discendi actionem, sed *μαθητείας*, hoc est, institutionem & docendi actum significans, nec ullibi vel in V. vel N. T. hæc vox in significatione activa occurrit, præterquam hoc loco & Act. 14. v. 21. *μαθητεύσαντες ἰκανὸς*, Syrus habet verbum *דלמרי* docuit, à quo est *דלמרי* discipulus. Matth. 13. v. 52. cap. 27. v. 57. Luc. 1. v. 4. Act. 18. v. 25. in significatione passiva, usurpatur pro *καθηχέειν*, quod est primis alicujus doctrinæ elementis imbui ac velut initari. Christus ergò jubens Apostolos *μαθητεύειν τὰ ἔθνη* articulos Christianæ fidei ipsos tradere jubet, quos qui simplicis fidei obœdientiâ amplectuntur, illi fiunt *דלמרי* *μαθητῶν* Christi, sive, ut nos loquimur, Christiani. Commendatur igitur hoc verbo simplicitas ac modestia Christianos decens, quod verborum Christi non debeamus esse censores ac Magistri, sed humiles & obsequentes discipuli, *discipulum enim oportet credere*, dicit Philosophus. Pythagoræum illud *ἀντὶς ἔφα*, discipulis Christi sanctum esse debet & commendatum.

Postea in specie exponitur, quid in docendi officio ipsis incumbat, quovè modo discipulos facere, h. e. Ecclesiam ex omnibus gentibus Christo colligere debeant, videlicet 1. *Prædicando Evangelium.*

κηρύττειν sive *κηρύσσειν* significat publice promulgare & prædicare, sicut *κηρύττειν*, præcones facere solent. Matth. 10. v. 27. *Quod in aurem auditis, prædicate super terram*. Paulus 1. Tim. 2. vers. 7. 2. Tim. 1. v. 11. vocat se *κηρύττω*, *Præconem & Apostolum*. Hoc ergò præcipit Christus Apostolis, quòd non debeant *furtim & occulte penetrare domos*, sicut Pseudoapostoli fecerunt 2. Tim. 3. vers. 6. sed publicè coram omnibus prædicare & docere, sicut ipse fecerat Matth. 4. vers. 17. & 23. cap. 9. vers. 35. &c. LXX. utuntur hac voce pro eo quod est decretum voce Præconis publicè promulgare Gen. 41. vers. 43. Exod. 36. v. 6. 2. Paral. 24. v. 9. &c. ac usurpatur vox *κηρύττειν* de præconio Evangelii etiam in V. T. Prov. 1. vers. 21. *Sapientia in platea prædicabit, in muris dabit vocem suam*. Esa. 61. v. 1. *Dominus misit me prædicare captivis remissionem*. Soph. 3. vers. 15. *Præconiza filia Sion, clama Israel & letare*. Zach. 9. v. 9. *Exulta valde filia Sion, κηρύσσει jubila filia Jerusalem, ecce Rex tuus venit*. Syrus h. l. habet verbum *בר* clamavit, publicè prædicavit, promulgare fecit. Evangelii nomen accipitur tum generaliter pro tota doctrina cœlesti, ac toto N. T. ministerio, quod non solum doctrinam gratiæ, sed etiam legis complectitur, tum specialiter pro doctrina gratiæ ac læto illo nuncio de gratuita peccatorum remissione propter Christum, cui significationi affinis est ea, quæ de publico exhibitu Messiæ præconio ac solenni N. T. promulgatione usurpatur, quæ de re latius egimus tom. 3. Loc. comm. c. de Evang. §. 6. & seq. Ac potest sanè generalis significatio Evangelii hic habere locum, quia cum Luc. 24. v. 47. idem mandatum Christus daret Apostolis, *penitentia & remissionis peccatorum prædicationem conjungit*, & quando Christus prædicat, pœnitentiam agendam esse, quia *appropinquavit regnum caelorum* Matth. 4. v. 17. tunc dicitur *prædicare Evangelium regni*. vers. 23. Sed concinnius videtur Evangelii nomen in propria & genuina significatione hic accipere pro lætissimo nuncio de exhibitu Messiæ & opere redemptionis per ipsum præstito ac de remissione peccatorum, gratia Dei & vita æterna omnibus in ipsum credentibus oblata. Christus enim rediens victor ex morte, de victo Satana & in inferno destructo jubet Evangelium, h. e. lætissimum de hac victoria nuncium ad omnes homines perferre, ut verâ fide reddantur participes bonorum, quæ in cruento illo prælio ipsis peperit. Præterea legis doctrina Judæis jam ante erat nota, licet corruptelis Pharisaicis esset depravata. Act. 15. 21. *Moses à temporibus antiquis habet in singulis civitatibus quem prædicent in Synagogis, ubi per omne Sabbatum legitur*. Gentes etiam, quæ legem non habent, naturaliter, quæ legis sunt, faciunt Rom. 2. v. 14. *atq. opus legis in cordibus suis scriptum ostendunt* vers. 15. Ergo non eo potissimum sine Apostoli in universum orbem ablegantur, ut legem jam antè quodammodo notam prædicent, sed ut Evangelium, quòd est mysterium, omni rationi absconditum, annuncient. Neque tamen statuendum est, Apostolos à prædicatione legis plane abstinere debere vel contra instructionem suam agere, si quando legem explicant & urgent, postea enim Christus dicit, quòd debeant *docere servanda ea, quæ ipse præcepit*, sed Christus hic loquitur de primario scopo & præcipua parte muneris Apostolici, ac *συνοδοχικῶς* totum docendi ministerium Evangelii appellatione complectitur, ut ex parte digniori

digniori & potiori intelligatur. Nunquam enim salutariter predicatur Evangelium sine prædicatione legis & pœnitentiæ, cum gratia Dei in Evangelio oblata non nisi ad pauperes Spiritu, ad territos & contritos pertineat. Matth. 11. v. 5. & qui Pharisaicâ persuasione propriæ justitiæ & perfectæ impletionis Legi præstitit adhuc turgent, illis nunquam dulcescit Evangelii doctrina. Quid quod credentibus in Christum lex divina velut norma bonorum operum proponenda est, in quibus fidem suam demonstrent & exerceant? Hæc omnia luculentè probant cum prædicatione Evangelii doctrinam legis conjungendam esse, interim tamen Christus hoc loco Evangelii prædicationem cum primis commendat Apostolis, quod in universo orbe publico præconio annunciare debeant, Messiam in V. T. toties promissum jam advenisse, eundemque opus redemptionis patiendò, moriendò, resurgendò &c. perfecisse, ac propter illum omnibus verè pœnitentibus & credentibus offerri gratiam Dei, absolutionem à condemnatione legis, remissionem peccatorum, justitiam, donationem Spiritus Sancti & vitam æternam. Hoc fuit præcipuum & primum prædicationis Apostolicæ caput, sicut ex Actis & Epistolis Apostolicis manifestè constat. Syrus habet, *Prædicare סברתי* Evangelium meum, id est, lætam illam doctrinam de mea persona, officio, & beneficiis, ponitur autem סברתי pro Hebræo בשרתי Evangelium, 2. Timoth. 2. v. 8. retinuit Syrus Græcam appellationem ἠκούσατε. Quomodo igitur Apostolorum successores sese gloriantur, qui loco Evangelii doctrinas hominum docent, à Christo ad Moysen nos revocant, ac sinceros Evangelii præcones & confessores ferro atque flammis persequuntur?

2. Cum prædicatione Evangelii jubet conjungere administrationem Baptismi. *Baptizate eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* Observanda est in serie verborum apud Matthæum heterosis generum, *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη βαπτίζοντες ἑαυτοὺς.* Frequens autem & usitatum est in sacris litteris tali mutatione generum variare orationem, in relativo & antecedente, quando de personis fit mentio. Genes. 3. vers. 15. *Inimicitias ponam* *ἐνὰ μέσον σέρματι & σὰ καὶ ἐνὰ μέσον σέρματι & αὐτῆς, αὐτὸς τρώσει &c.* inter semen tuum & semen mulieris, ipse conculcabit &c. ubi *ἐτέρωθεν* generum ostenditur, promissionem loqui non de toto genere humano sicut Rabini & Calvinus Judaizans interpretantur, sed de una certa persona, quam diligentiam etiam Paulus imitatus est Gal. 3. v. 16. *ἐν τῷ σέρματι, ὃς ἐστὶν Χριστός.* Joh. 15. v. 26. cum de Spiritu Sancto in genere neutro dixisset Christus, *ὃ πνεῦμα ἔστιν ἀληθείας ὃ παρὸς ἡμᾶς ἐκπορεύει,* mutato genere subjicit *ἐκείνῳ* testimonium perhibebit de me, significans, se non de motu creato in credentibus, sed de persona loqui. Coloss. 2. v. 19. cum sub nomine capitis Apostolus loquatur de persona Christi, insinuat hoc mutatione relativi in genus masculinum, non tenens *τὸν κεφαλῆν ἐξ ἡμῶν.* Vide D. Chemn. p. 1. Loc. de Spiritu Sancto c. 4. §. 2. Proponitur autem hoc loc. non prima Baptismi institutio, siquidem Johannes Baptista ante triennium novam hanc N. T. Ceremoniam inchoarat. Luc. 3. v. 3. Joh. 1. v. 32. quin & ipsi mer Apolloli mandato Christi

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quinta.

si Baptismum jam antè administraverant Joh. 4. v. 2. sed solennis ejusdem promulgatio, in quarum solennis hujus Sacramenti forma exponitur, tum etiam declaratur, quod non ad Judæos solum, sed & ad omnes gentes ejus institutio spectet. Johannes enim in Judæa tantummodò hoc Sacramentum administraverat, ne igitur Apolloli judicarent, Baptismum esse certi tantum temporis ac loci Ceremoniam, sicut Photiniani de eo hodiè docent, idè gentes ex universo orbe ad Christianismum convertas baptizare jubentur. Quid autem sit baptizare *εἰς τὸ ὄνομα,* vel *ἐν τῷ ὀνόματι,* ita enim hæc phrasim usurpatur Act. 10. v. 48. in nomen vel in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, exposuimus tom. 4. Locor. tract. de Bapt. §. ubi ostendimus ministrum hac verborum formâ baptizantem 1. revocare auditorum & spectatorum animos ad divinam Baptismi ordinationem & institutionem, quod hæc Ceremonia non sit inventum vel institutum humanum, sed sanctum ab ipso Deo institutum Sacramentum. Et cum hic verus Deus sit unus in essentia ac trinus in personis, idè non in nominibus, sed *in nomine* Patris & Filii & Spiritus Sancti baptizat. 2. testari, quod non privato arbitrio atque autoritate, sed Dei loco, Dei mandato & in persona ipsius Dei hoc Sacramentum administret, sicut Exod. 5. v. 23. Moyses *in nomine Dei* ad Pharaonem dicitur locutus, id est, divinâ autoritate ac mandato. Et Paulus *in persona Christi,* quippe cujus Legatus erat, *se condonasse* asserit. 2. Corinth. 2. v. 10. 2. Corinth. 5. v. 20. 3. invocare super aquam Baptismi nomen veri Dei Patris & Filii & Spiritus Sancti, ut juxta suum verbum per hanc actionem efficax sit & baptizatum in gratiam recipiat. Sic 1. Sam. 17. v. 45. David *in nomine Dei* se venire dicit, id est, præmissâ seriâ Dei invocatione. 4. solenniter testari, quod hæc aqua verbo sanctificata non amplius sit simplex, nuda & communis aqua, sed aqua verbo unita, consecrata & sanctificata, per quam tota sacrosancta Trinitas velit esse efficax, & in hac affusione aquæ in nomine Trinitatis facta verè sit efficax, ita ut Pater baptizatum recipiat in Filium: Filius suo sanguine à peccatis ipsum abluat: Spiritus sanctus eum regeneret ac renovet ad vitam æternam. Sic Marc. 9. v. 39. *in Christi nomine virtutes facere,* est virtute Christi miracula peragere. Tertull. in lib. de Bapt. cap. 6. pulcherrimè scribit: *Fides obsignata in Patre & Filio & Spiritu sancto ablutionem delictorum imperat. Nam si in tribus testibus stabit omne verbum, quanto magis dum habemus per benedictionem eisdem arbitros fidei & sponsores salutis, sufficit ad fiduciam spei nostræ & numerus divinorum nominum.* 5. obligare baptizatum in fœdus Dei receptum ad agnitionem, invocationem & cultum unius illius veri Dei, ad pugnam contra Satanam & ipsius organa, ad patientiam in cruce, constantiam ac perseverantiam &c. Sic baptizari in Christum Galat. 3. v. 27. est ad agnoscendum, invocandum ac colendum Mediatorem Christum Sacramento Baptismi obligari, ex quo etiam apparet, Baptismum non esse externam tantum Ceremoniam, nudum signum & sigillum, sed salutare & efficax medium receptionis in Dei fœdus, regenerationis, renovationis & salutis, sicut hæc alibi latè sunt exposita. Anabaptistæ ex serie textus colligere volunt, *infantes non esse baptizandos, cum per ætatem de rebus fidei non possint doceri.* Sed con-

Y y

stat

stat ex hoc ipso loco, Apostolos ad gentes totius orbis ablegari, quibus de Christi doctrina nihil erat notum, merito igitur Baptismo præmitti iubetur prædicatio Evangelii, exemplo ergo Apostolorum, quando adulti baptizandi sunt, prius in religione Christiana instituendi sunt, alia verò ratio est infan-
 rum ex parentibus Christianis natorum, qui in infantili ætate statim baptizandi sunt eodem Apostolorum exemplo, qui integras familias conversorum ad Christum baptizasse leguntur Act. 16. v. 15. & 33. c. 18. v. 8. 1. Corinth. 1. v. 16. Adde quod verbum *μαθητεύειν* apud Matthæum significet propriè *discipulos facere*, id quod fit prædicatione verbi apud adultos & administratione Baptismi apud infantes, sicut Johan. 4. v. 1 dicitur, quod *Christus plures discipulos fecerit, & baptizavit quam Johannes*, i. e. quod baptizando plures discipulos fecerit, quæ de re itidem diximus plenius tract. de Bapt. §. 185. Porro in his verbis Christi non solum dignitas Sacramenti Baptistici proponitur, sed etiam egregium testimonium ardui illius mysterii de sacrosancta Trinitate. Quia enim non solum in nomen Patris, sed etiam Filii ac Spiritus sancti baptizamur, ex eo colligitur vera Filii & Spiritus sancti Deitas. Quem admodum per Circumcisionis Sacramentum in V. T. instituebatur fœdus inter verum Deum & hominem circumcisum Gen. 17. v. 7. ita Baptismus, qui in N. T. in locum Circumcisionis successit Coloss. 2. vers. 11. est *συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς θεόν*, 1. Pet. 3. v. 21. unde Basilii Epist. 78. fidem, invocationem & Baptismum conjungit. *δαίημάς* (inquit) *βαπτισμοῦ ὡς ἀρετῶν, πιστεύειν ὡς βαπτισμῶν, δοξάζειν ὡς πεποιθέντων πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἄγιον πνεῦμα*. Quare cum in nomen Patris, Filii & Spiritus sancti baptizemur, debemus Patrem, Filium & Spiritum sanctum pro vero Deo agnoscere, in illum credere, illum invocare & colere, siquidem phrasis illa *baptizare in nomen Patris, Filii & Spiritus sancti*, complectitur divinam institutionem & mandatum, virtutem & efficaciam Baptismi, fœdus divinum, quod in Baptismo inicitur, & tandem nostram obligationem. Et quia in Novo Testamento mysterium Trinitatis per incarnationem Filii clarius patefactum est, ideo in solenni illa promulgatione Baptismi, qui est Sacramentum initiationis in N. T. distinctam trium personarum mentionem facere voluit. Ideo etiam distincta fit trium personarum S. S. Trinitatis mentio, quia singulæ suæ baptizatis conferant beneficia. Pater eos in filios & heredes vitæ æternæ adoptat. Filius sanguine suo à peccatis eos abluit, sibi que incorporat. Spiritus Sanctus regenerat, renovat & promissionem gratiæ in illis obsignat. Neque tamen in nominibus, sed in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti baptizare jubet ad denotandam essentiæ unitatem. *Unum nomen, una Deitas*, ait Theophylactus hoc loco, quia in nomen Patris, Filii & Spiritus sancti baptizare est autoritate & virtute harum trium personarum baptizare. Quare cum sit una autoritas & virtus, adeoque una essentia Patris, Filii & Spiritus sancti, ideo non in nominibus sed in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti baptizare jubentur. Aliter verò accipitur nominis appellatio in Confessione Ecclesiæ de Trinitate. *Pater, Filius, Sanctus Spiritus tria sunt nomina omnia eadem substantia* &c. ibi enim tria nomina tres distinctas personas

notant. Reliqua ad doctrinam de Baptismo pertinentia alibi sunt exposita, unde etiam petendæ sunt causæ, propter quas cum prædicatione Evangelii administrationem Baptismi Christus voluerit conjunctam, videlicet 1. quia perpetuus Dei mos est verbo promissionis addere sigillum & testimonium eternum ad majorem fidei confirmationem. 2. quia N. T. promulgatio nova etiam requirebat Sacramenta. Quare cum prædicationi Evangelii per Johannem Baptistam divino mandato conjunctus fuisset Baptismus, eundem Christum non solum susceptione in proprio corpore, sed etiam hac solenni promulgatione confirmare, consecrare & commendare voluit? 3. quia necessarium erat medium aliquod, quo adulti confirmarentur de gratia Dei, receptione in *ὑποθεσίᾳ* & fœdus divinum &c. infantes verò in Ecclesia nati per illud ipsum in fœdus gratiæ reciperentur, cum per verbi prædicationem non possit cum illis agi. 4. quia voluit certo quodam symbolo Ecclesiam suam prædicatione Evangelii ex genere humano collectam ab illis cœtibus distingui, unde Augustinus lib. 19. contra Faustum cap. 14. scribit, *homines in nullo unquam religionis nomen absque Sacramentis convenisse*. Cur autem Christus disertam Baptisti mentionem faciat prætermittit Cœnâ Dominicâ, quæ itidem est N. Test. Sacramentum, intelligi potest ex eo, quod agit de Ecclesia primum colligenda & constituenda, quod fit prædicatione verbi & administratione Baptismi, quando verò Ecclesiâ collecta & constituta est, tunc demum locum habet celebratio Cœnæ Dominicæ, quæ ad illas *ἐπιτολάς* & ordinationes pertinet, de quibus paulò post subjungitur: *Docete eos servare, quæ ego præcepi vobis*. Possunt hæc latius deduci, nobis sufficit fontes solum monstrare.

3. Mandato de Baptismi administratione subjungendum illud, quod extat apud Matthæum: *Docentes eos servare omnia, quæcunque præcepi vobis*. Hæc omnia pulcherrimè invicem coherent. *μαθητεύειν* significat tradere doctrinam fidei, imbuere primis Christianæ religionis elementis, in formare in dogmatibus fidei, ut homines Christo dent nomen. Hanc *μαθητείαν* in adultis sequi debet Baptismus, qui ipsis est testimonium & sigillum receptionis in fœdus gratiæ & *ὑποθεσίαν*, ac simul etiam efficacæ medium, quo Spiritus S. dona augmentur. Baptismum tam apud infantes quàm apud adultos sequi debet *διδασκαλία*, quæ doceantur servare ea, quæ Christus præcepit, hoc est, fidem in operibus bonis declarare & sanctam vitæ conversationem professione suâ dignam instituere, *διδάσκειν* namque distinguitur à *μαθητεύειν* sicut species à suo genere. Syrus habet verbum *ἡδὲ* docuit, assuescit, præcepit. Quia verò Christiani baptizati non solum in præceptis morum, sed etiam in doctrina fidei adhuc instituendi sunt, cum in cognitione Christi in hac vita quotidie nos oporteat crescere, ideo *διδάσκειν* generaliter accipi potest pro omnibus Apostolici & Ecclesiastici Ministerii partibus, quas D. Paulus 2. Tim. 3. v. 16. revocat ad hæc quatuor capita, 1. ad *διδασκαλίαν*, quæ docetur quid de unoquoque religionis capite sit statuendum. 2. ad *ἐλεγχόν*, quo falsa dogmata hæreticorum sive ut Nazianzenus loquitur orat. 1. de Theol. *πᾶσι πᾶσι* refellitur. 3. ad *ἐπιτιμωτικόν*, quæ mores cum norma legis divinæ pugnantem carri.

corriguntur, atque homines, quorum vita est reprehensibilis, blandis admonitionibus & severis comminationibus excitantur, ut ad meliorem frugem se recipiant. 4. ad παιδείαν ἐν δικαιοσύνη quæ legis doctrina explicatur, rectè facta commendatur, atq; illi, qui rectè faciunt, ut in cursu pietatis perseverent, instigantur. Ita quando Christus prædicat pœnitentiam esse agendam, dicitur διδάσκειν Matth. 4. v. 17. & 23. Item quando legem explicat Matth. 5. v. 2. quando de suo officio concionatur Matth. 13. v. 54. &c. & huic generali significationi verbi διδάσκειν, favent sequentia verba textus. Judentur enim Apostoli auditores suos docere, ut servent omnia quæcunque Christus præcepit. τῆσιν enim significat, servare, asservare, custodire tanquam peculiam quandam thesaurum. εἰρηλὼ τῆσιν apud Demosth. pro Cor. est summo studio pacem sectari ac tueri. Sermonem Christi τῆσιν Johan 8. v. 51. significat doctrinam Evangelii, quæ est propriè & ἰδιωτὸς Christi sermo, verâ fide amplecti ac velut preciosum quendam thesaurum cordis serinio includere. Syrus habet verbum כּוּרַב, custodiare, asservare, unde est כּוּרַב custos, qui diligentem alicujus rei curam habet. Quando igitur Christus jubet servare suas ἐπιτάξεις, tum hoc vult, ut peccata ex lege agnoscamus, veram pœnitentiam agamus, verbum Evangelii de gratuita peccatorum remissione firmâ fide amplectamur, & hanc fidem dilectione & sanctis erga Deum obsequiis comprobemus, ad hæc enim capita Johannes revocat Christi ἐπιτάξεις 1. Epist. 3. v. 23. Hæc est mandatum ejus, ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ, ut credamus in nomine Filii ejus Jesu Christi, & diligamus alterutrum, sicut mandatum de deo nobis. Sic mandatum Christi est, agite pœnitentiam Matth. 4. v. 17. mandatum Christi est, credite Evangelio Marc. 1. v. 14. Mandatum Christi est, diligite invicem, Joh. 13. vers. 34. mandatum Christi est, discite à me, quia mitis sum & humilis corde, Matth. 11. vers. 28. Mandatum Christi est, qui vult me sequi, abneget seipsum, tollat crucem suam Matth. 16. v. 24. Mandatum Christi est, Cavete, ne corda graventur crapulâ & curis hujus vitæ Luc. 21. vers. 34. Hæc mandata omnia jubet Christus servare, quia verus Christianismus non est inanis fidei jactantia, nuda professio fidei, sed τῆσιν τῶν ἐπιτάξεων Jesu 1 Corinth. 7. v. 19. ac fides exercet se in omnibus veræ pietatis officiis, neque cum ullo peccato contra conscientiam subsistit: interim tamen discrimen est inter servare Mosaicum (sive legale & Christianum) sive Evangelicum. Moses observationem mandatorum divinorum urgens summo rigore integram & numeris omnibus absolutam obœdientiam exigit, nec ullam novit remissionem infirmitatum & imperfectonum: Christus verò addit ἐπιείκειαν Evangelicam, quod scilicet verè pœnitentibus & credentibus ad hærentes nævi & imperfectiones ex gratia condonentur, modò sinceram, non hypocriticam obœdientiam ex fide inchoent, in ea quotidie proficiant, peccatum in carne adhuc habitans sibi condonari petant, ac Spiritu Illius concupiscentiis resistant. Sic Joh. 17. v. 6. de discipulis suis Christus dicit, quod sermonem suum servaverint, quos tamen multis infirmitatibus præsertim ante Spiritus sancti effusionem obnoxios fuisse Evangelica Historia comprobat. Johan. 14. v. 21. dicit: Qui habet mandata mea, & servat ea, is est qui diligit me: id si de per Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quinta.

fecta & numeri ac gradibus omnibus absoluta mandatorum impletione intelligeretur, nemo in hac vita diligeret Christum, quia omnes Christi amatores quotidie orare jubentur: Dimitte nobis debita nostra Matth. 6. v. 12. intelligendum igitur est de observatione mandatorum sub umbraculo gratiæ, sicut Augustinus dicit: Tunc omnia mandata facta deputantur, quando quicquid non fit, ignoscitur. Porro quando Christus hic præscribit Apostolis, quod docere debeant auditores servare omnia ea, quæ ipse præcepit, id successores Apostolorum in Ministerio sibi quoq; dictum putent, ne scilicet traditiones humanas vel propria somnia auditoribus proponant, nec oneribus humanorum mandatorum eos premant, sed ea solum doceant, quæ Christus ipse tum immediatè in diebus carnis suæ, tum mediatè per Prophetas & Apostolos præcepit, instituit ac ordinavit, siquidem hoc loco ad os Christi ipsorum prædicatio alligatur, unde ipsi etiam Apostoli ad Christi mandata sese alligant. Rom. 16. v. 18. non audeo aliquid loqui corum, quæ per me non effecit Christus. 1. Thess. 4. v. 2. Scitis, quæ præcepta vobis dederim per Dominum Jesum. 1. Pet. 4. v. 11. Si quis loquitur, loquatur velut eloquia Dei. Ut autem ea solum, quæ Christus præcepit, auditoribus proponenda, ita quoq; ea omnia doceant & urgeant, debet enim esse doctrina integra & perfecta absq; omni vel diminutione vel additione, sicut Paulus de se testatur Act. 20, 27. quod Ephesius omne Dei consilium annuciaverit. Sic ergo norma doctrinæ in hoc Christi mandato Apostolis & reliquis ministris Ecclesiæ brevibus proponitur, quæ doctrinæ norma etiam auditoribus fidei ac morum norma esse debet. Neque enim in futuro Christus loquitur, docete eos servare omnia, quæcunq; præcepturus sum vobis, sicut Pontificii disputant, Spiritum Christi per Apostolos & Concilia demum multa docuisse, quæ à Christo in diebus carnis non sunt manifestata, eademq; pari pietatis affectu acceptanda esse cum illis, quæ ex ore Christi in Evangelicis & Apostolicis literis annotata extant, sed in Aoristo, qui habet significationem præteriti dicit: docete eos servare omnia, ὅσα ἐνετάξατε ὑμῖν, quæcunq; præcepi vobis, revocat igitur Apostolos ad systema & corpus doctrinæ, quam ab eo tempore, quo ipsos elegit ad suam usq; in cælos ascensionem privatim & publicè ex Mose, Prophetis & Psalmis proposuerat, in ea vult ipsos acquiescere neque novis mandatis Ecclesiam onerare.

3. Denique mandato de prædicatione Evangelii in toto mundo, cum Baptismi administratione, conjuncta subjungit Christus triplicem promissionem. Prima spectat auditores ac discipulos, secunda docentes, tertia communis est utrisq; & totam Ecclesiam respicit. 1. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit. Fides ideo præmittitur Baptismo, quia Christus loquitur de adultis, qui post fidei professionem demum baptizandi sunt, alia verò est ratio infantum in Ecclesia natorum, in quorum cordibus per ipsum Baptismi Sacramentum fides accenditur. Non possunt igitur Anabaptistæ ex his verbis obtinere, quod infantum baptismus differendus sit, donec ex verbi auditu prius fidem concipiant. Fidei Baptismus conjungitur, quia promissio Evangelica, quam tanquam correlatum suum fides respicit, non solum in verbo proponitur, sed etiam sigillis Sacramentorum confirmatur; vera igitur fides

non negligit usum Sacramentorum, sed propter divinam ordinationem & sui augmentum ac confirmationem reverenter Sacramentis utitur. Bellar. lib. 2. de Sacram. c. 3. ex hoc dicto probare nititur, *Sacramenta prodesse ex opere operato*, cum tamen Christus discrete addat fidem, quæ beneficia in Baptismo oblata amplectatur. Jansenius etiam in h. l. scribit, *Ecclesiam Catholicam ex hac Christi sententia refellere errorem eorum, qui fidei soli omnem hominis justificationem tribuentes nullam Sacramentis virtutem justificandi tribuunt.* At nos nequaquam virtutem regenerandi, abluendi à peccatis, justificandi & salvandi Baptismo adimimus, sed agnoscimus, non in verbo solum, sed etiam in Sacramentis hæc beneficia cœlestia nobis offerri, donari & applicari: addimus autem ex parte nostra requiri fidem, quæ illa beneficia in verbo & Sacramentis oblata amplectatur, hanc fidem per Baptismum in infantibus excitari, in adultis verò augeri & confirmari dicimus: quando soli fidei omnem hominis justificationem tribuimus, id nequaquam opponimus virtuti Sacramentorum, cum particula *sola* nec gratiam Dei in ordine causæ efficientis, nec meritum Christi in ordine causæ meritoria, nec virtutem verbi & Sacramentorum in ordine causæ instrumentalis, sed nostrorum operum merita ex omnium istarum causarum ordine excludat, quæ de re suo loco uberius dictum fuit. Augustinus lib. de fide & operibus meminit quorundam, qui ex hoc loco probare voluerunt, *omnem eum, qui credit & baptizatus est, fore salvum, etiamsi post Baptisma in vita scelerata perseveret*, quem errorem etiam nostris Ecclesiis Pontificii affricare conantur. At quando nos fidei salutem tribuimus, nequaquam loquitur de nuda illa fidei professione & jactantia, quæ cum vita scelerata est conjuncta, sed de vera ac viva fide, quæ per dilectionem est efficax Galas. 5. v. 6. id quod ipsi Bellarmino probè constat, sic enim scribit lib. 1. de justific. cap. 3. sub finem: *Dissentimus ab ipsis (Lutheranis) in eo, quod ipsi fidem, quam dicunt, solum justificare, docent, nunquam esse posse solum: nos contra dicimus, non justificare solum, sed tamen posse esse solum.* Et cap. 10. circa med. *Adversarii negant fidem esse veram, nisi sit viva & fructus bonorum operum pariat: quibus verbis liberat nos Bellarminus à mendacissima Tridentini Concilii accusatione, quod magnâ contra Ecclesiam Catholicam contentione predicemus unam hanc ab omni pietate remotam fiduciam.* Patet autem evidenter ex hoc Christi pronunciatu, soli fidei non autem nostrorum operum meritis justificationem & salutem tribui. Jubet Apostolos Evangelium prædicare, omnibus hominibus, h. e. offert beneficia, suâ passione & morte parata omnibus, & addit promissionem, quod qui fide hæc beneficia amplexus fuerit, salvus sit futurus: Jam verò inter promissionem & fidem tantum, non autem inter promissionem & opera est relatio; solius ergo fidei est Evangelicam promissionem ad salutem amplecti. Nec dicit Christus credentem fide quidem justificari, postea autem bonorum operum meritis salutem promerendam esse, sed notanter dicit: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit.* Syrus emphaticè vertit, in præsentem *אמן* vivit, habet vitam æternam, sicut Christus Johan. 3. v. 36. dicit: *Qui credit in Filium, habet vitam æternam;* rationem exponit Johannes 1. Epist.

5. v. 11. *Vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in Filio ejus est, ex quo sequitur v. 12. Qui habet Filium, habet vitam,* inde Paulus in remissione peccatorum per fidem in Christum non solum justificationem, sed & *παράδοσιν* beatificationem constituit. Rom. 4. v. 6. quæ de re in tract. de Justificat. tom. 3. Loc. latissimè dictum fuit. Addit autem Christus antithesin: *Qui verò non crediderit, condemnabitur*, sicut eadem additur Johan. 3. v. 18. & 36. 1. Johan. 5. v. 12. ac sequitur immediatè ex priorè. Si enim in solo Christo fide apprehenso consequi possumus remissionem peccatorum, justitiam & vitam æternam, utique qui non credit in Christum, non consequitur peccatorum remissionem, nec justitiam, nec vitam æternam. Joh. 3. v. 36. notanter dicitur, quod *ira Dei super ipsum maneat*; hoc est, omnes homines naturâ sunt *fili iræ*, Ephes. 2. v. 3. qui fide ad propitiatorium in Christo nobis propositum confugiunt, iram Dei effugiunt Matth. 3. v. 7. qui verò non credunt in Filium, super illos manet Dei ira. Uno igitur verbo Christus damnat omnes religiones & omnes cultus, quos extra Ecclesiam homines sibi confingunt, ac docet, fidem solum esse medium illud, per quod ab ira Dei & æterna damnatione liberari possimus. Nec contemnenda est observatio illa, quod Christus in hac antithesi non dicit, *Qui non crediderit & non baptizatus fuerit, condemnabitur*, sed simpliciter tantum incredulitatis meminit, ut ostendat, gratiam Dei ac salutem in casu necessitatis non ita alligatam esse Sacramentis, quò minus Deus extraordinariè agere, & in cordibus hominum ad salutem efficacem esse possit. Bernh. Epist. 77. *Vide, ne forte ob hoc Salvator cum diceret: Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit; caute & vigilanter non repetierit: Qui vero non baptizatus fuerit, sed tantum: Qui verò non crediderit, condemnabitur, nimirum innuens, solum interdum fidem sufficere ad salutem & sine ipsa sufficere nihil.*

2. *Signa vero eos, qui crediderint, hæc subsequuntur.* Per τὴν σημεῖα hoc loco intelliguntur miracula, ut ex enumeratione subjectarum specierum intelligitur. Per τὸν κόσμον, intelliguntur non omnes credentes ad finem usque mundi, sicut hoc vocabulum accipitur Joh. 17. v. 20. *non rogo pro eis (Apostolis) tantum, sed pro illis qui credituri sunt per verbum eorum in me*, sed credentes in primitiva Apostolica Ecclesia, nec illi quidem omnes, sed aliqui eorum, qui cum ipsi credant, etiam aliis Evangelicum ad fidem in eis excitandam prædicant, inter quos principatum habuerunt Apostoli, idè autem Christus indefinitè nominat credentes, quia quod certis quibusdam personis dabatur, id erat commune totius Ecclesiæ bonum, & quæ miracula ab uno edebantur, ea valebant ad omnium confirmationem. Hoc sensu vocabulum πιστεύοντων accipitur Matth. 21. v. 21. Marc. 11. v. 23. *Qui dixerit monti huic, projice te in mare & non hæstaverit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat; eveniet ei.* Joh. 14. v. 12. *Qui credit in me, opera, que ego facio, etiam ipse faciet & majora his faciet, quia ego ad Patrem vado.* 1. Cor. 13. v. 2. *Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum.* Quemadmodum igitur Legatis dari solent literæ fidei, quas vocant *credentias*: ita Christus hoc loco Apostolos dono miraculorum instruit,

instruit, sicut etiam in prima missione dederat illis potestatem Spirituum immundorum, ut eicerent eos & curarent omnem languorem & infirmitatem Matth. 10. v. 1. Marc. 3. v. 13. Luc. 9. v. 1. ut miraculis Evangelii prædicationem comprobarent, ideo etiam hæc signa dicuntur *in nomine Dei*, quia præmittenda est prædicationis verbi, quæ postea miraculis confirmatur, velut sigillum literis appendi solet. Cum Moses ad Israelitas in Ægypto servientes à Deo ablegaretur, instruitur potestate faciendi miracula, quibus fidem & auctoritatem sibi compararet Exod. 4. v. 3. & seqq. ita quoque Apostolis datur potestas miracula faciendi, quibus se Legatos Dei & veritatis testes esse comprobent. Recensentur autem in specie quinque ejusmodi signa 1. *In nomine meo Dæmonia eiciunt.* Sic Actor. 5. v. 16. afferunt vexatos à Spiritibus immundis ad Apostolos, à quibus curantur omnes. Act. 8. v. 7. de Philippo commemoratur, quòd Spiritus immundi voce magnà clamantes ad verbum ipsius exiverint. Act. 16. v. 18. Paulus Spiritui Pythonis in puella habitanti dicit: *Præcipio tibi in nomine Jesu Christi exire ab ea, & exiit eadem hora.* Actor. 19. v. 12. sudariis Pauli impositis Spiritus mali egrediuntur. 2. *Linguis loquentur novis.* Sic cum Spiritus sanctus in die Pentecostes super Apostolos & reliquos credentes effunderetur, ceperunt loqui variis linguis Actor. 2. v. 4. Cum Petrus Cæsareæ prædicaret Evangelium, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum, qui audiebantur loquentes linguis Actor. 10. v. 46. 3. *Serpentes tollent.* Tale quid de paulo commemoratur Act. 28. vers. 5. quod viperam, quæ manum invaserat, ignem excusserit, nihil mali ab ea passus. 4. *Si quid lethale biberint, non nocebit eis.* Tale quid de Johanne Apostolo commemoratur in Historia Abdæ, quod venenatum poculum absque ulla læsione biberit. 5. *Super egrotos manus imponent, & melius habebunt.* Id verò Apostolis frequens & facilitum fuit, morbos miraculose curare, ut colligitur Actor. 3. vers. 6. cap. 5. v. 15. cap. 8. v. 7. cap. 9. v. 34. cap. 14. v. 8. cap. 19. vers. 12. cap. 28. v. 8. &c. & hoc donum sanationis aliquandiu in Ecclesia etiam post Apostolorum tempora viguisse constat ex Jacob. 5. vers. 14. quò pertinet egregius locus Irenæi lib. 2. cap. 57. pag. 160. *In nomine Christi, qui verè illius sunt discipuli, ab ipso accipientes gratiam, perficiunt ad beneficia reliquorum hominum, quemadmodum unusquisque accepit donum ab eo. Alii enim Dæmones excludunt firmissimè & verè, ut etiam sapissimè credant ipsi, qui emundati sunt à nequissimis Spiritibus & sint in Ecclesia: alii autem scientiam habent futurorum & visiones & dictiones Propheticas. Alii autem laborantes aliqua infirmitate per manuum impositionem curant & sanos restituunt. Jam etiam & mortui resurrexerunt & perseverarunt nobiscum multis annis & quid autem? non est numerum dicere gratiarum, quas per unum verum mundum Ecclesia à Deo accipiens in nomine Christi Jesu crucifixi quotidie in opitulatione per Christum perficit. Neque enim statuendum, quod præter has quinque miraculorum species non potuerint plura Apostoli facere, cum & mortuos excitarent & pertinaciter Evangelio resistentes excæcarint atque occiderint, ut ex Actis notum, sed voluit Christus quasdam species recensere, quibus per figuram intellectionis Hæbræis usitatam reliquas inclusit. Atq; hæc & similia miracula omnia fecerunt*

Harm. Tom. III. vel Gerbard. Cont. pars quinta.

Apostoli non suâ virtute, sed in Christi nomine, hoc est, Christi mandato, auctoritate ac virtute & ad gloriam Christi & Evangelii ipsius, illud enim *in nomine Dei* omnibus signorum speciebus hic enumeratis addendum. Porro ut ex Augustino & Gregorio rectè monet glossa ordinaria, hæc signa in exordio nascentis Ecclesiæ necessaria fuerunt, ut fides miraculis confirmaretur, quæ jam in toto mundo confirmatâ non amplius sunt necessaria. Hæc autem omnia spiritualiter hodie facit Ecclesia, cum ex vinculis Diaboli impeditentes liberat, dum fideles veteris vitæ verba mundana relinquant & laudes Dei extollunt, dum pestiferas persuasiones audiunt, nec ad operationes usque perducunt, dum proximos in bono opere confirmatos exemplo bonæ operationis roborant. Bernh. homil. I. de ascens. in unoquoque homine verè pio hæc signa spiritualiter impleri docet. *Nec difficile, inquit, arbitror nosse indubitate signa credulitatis, ac per hoc, & salutis. Primum enim opus fidei per dilectionem operantis cordis compunctio est, in qua sine dubio eiciuntur Dæmonia, dum eradicantur ex corde peccata. Exinde qui in Christum credunt, linguis loquuntur novis, cum jam recedunt vetera de ore eorum, nec de cætera vetustâ protoparentum linguâ loquuntur ad excusandas excusationes in peccatis. Ubi verò compunctio cordis & oris confessione priora sunt delicta peccata, ne recidivam patiantur, serpentes tollant necesse est, hoc est, venetas suggestiones extinguant. Quid tamen agendum, si qua fortè radix pullulat, quæ tam velociter nequeat extirpari, sed stimulat animum concupiscentiâ carnis? profectò si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, quoniam juxta Salvatoris exemplum, cum gustaverint, nolent bibere, id est, cum senserint, nolent consentire, sic enim eis non nocebit. Quid tamen? molesta certè & periculosa & sic corrupta & infirma affectionis læta: sed qui crediderint, super egros manus imponent & benè habebunt, hoc est, egros affectiones bonis operibus operient, & hoc remedio curabuntur. Hæc Bernhardus, quæ juxta fidei analogiam, sic exponda sunt, quod fide in Christum deleantur & operiantur peccata, quæ fides postea bonis operibus sese exerit.*

3. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.* Apostoli audientes Christum abiturum & ad cælos ascensurum non mediocriter turbati ac solliciti erant, præsertim cum insuper audirent, se ab invicem sejungendos & in totum orbem dispergendos esse, cumque odium mundi in munere tibi demando pertimescendum cogitarent, Christus igitur promissione suæ continuæ præsentia ipsos erigit & declarat, quomodo cum hoc ad Patrem abitu, suæque ad cælos ascensione comparatum sit, nimirum, quòd nihilominus cælesti ac longè præstantiori modo ipsis affuturus, in operibus vocationis gratiam atque auxilium largiturus, & contra omnia pericula & adversa ipsos potenter defensurus sit. Arduum munus erat, quod commendabatur Apostolis, ideo suavissimam promissionem huic mandato suo Christus addit; ne animis forte frangantur mundi odia nimium metuentes, & de successu in operibus officii dubitantes. Chrysost. homil. 90. in Matth. *Ne mihi, inquit, verum difficultatem dixeritis, ego enim vobiscum sum, qui facilia omnia reddo. Istud & in V. T. subinde Prophetis dicebat, & Jeremie pueritiam causanti, & Moysi &*

Yy 3 Eze-

Ezechieli subterfugientibus. *Ego sum vobiscum, quod & hoc loco istis dixit.* Est autem in singulis verbis magna emphasis. *καὶ ἰδὲ* inquit, rem gravem ac feriam ipsis propositurus, hoc enim vult dicere. Video vos ob meum abitum turbatos ac sollicitos esse, sed *ecce* confirmo vobis, me perpetuò vobis affuturum. *Ego vobiscum sum*, non secundum divinam tantum, sed etiam secundum humanam Naturam, juxta quam sum frater vester, in qua passionem & mortem vestri causâ sustinui. Quod enim hæc promissio præsentia utramque Naturam Christi complectatur, demonstramus his fundamentis: 1. quia Pronomen *Ego* post factam incarnationem totam personam complectitur, quæ consistit in duabus & ex duabus Naturis, quas solvi aut separari arctissimum unionis personalis vinculum non permittit. Si juxta divinam tantummodo Naturam Christum præsentem haberemus, non integrum, sed dimidiatum Christum haberemus. Sanè Joh. 8. 55. Pronomen *Ego* de divina tantummodo Natura accipitur, sed ibi quæstio est de *λόγῳ ἀσάρκῳ* nondum incarnato, sive, ut veteres loquuntur, *de persona simplice*, hic verò agitur de *λόγῳ ἐνσάρκῳ* incarnato ac *de persona composita*, de *ὑποστάσει συνθετῆς*, quæ utramque Naturam complectitur. Largimur adversariis haud inviti, quamvis τὸ *Ego* in propositionibus illis, quæ de Filio Dei incarnato loquuntur, designet totam personam compositam (ut sano sensu cum Patribus hoc termino uti liceat) non tamen ex eo inferri possit, quicquid de illa persona prædicatur, statim utrique Naturæ indistinctè esse applicandum (quia Filius Dei incarnatus *λόγος ἐνσάρκος* dicit Apocal. 1. v. 17. *ἐγὼ εἰμι ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος*, ver. 18. *καὶ ὁ ἕως καὶ ἔγενόμην νεκρὸς*, ex quo tamen inferri non potest nec debet, quod Christus secundum humanam Naturam sit primus & novissimus, id est, æternus, vel quod secundum divinam Naturam fuerit mortuus) sed largiantur vicissim nobis, quoties in Scriptura existentia & præsentia, sive τὸ existere & τὸ præsentem esse de Christo, hoc est, de Filio Dei incarnato & exaltato prædicatur, toties prædicata illa Christo secundum utramque Naturam competere (quamvis non ex eodem principio, nec eodem modo, quia *λόγος* competit omni præsentia ex Naturæ divinæ infinitate & immensitate, carni verò *λόγος* ex hypostatica cum *λογῳ* unione & ad dextram Dei exaltatione) siquidem caro assumpta per unionem personalem cum *λόγῳ* ipsius *ὑποστάσεως* Filii Dei particeps est facta, ut proinde *ὑπόστασις* illa σύνθετος actota persona præsens alicubi dici nequeat, nisi etiam caro personaliter ac indistinctè ipsi conjuncta præsens sit. Sic quæcunq; actiones & passionis homini alicui tribuuntur, illæ durante corporis & animæ unione toti personæ comperunt vel secundum utramque, vel secundum alteram ejus partem: ac cum τὸ existere seu præsentem esse de homine dicitur, de tota ejus persona secundum utramque Naturam, corpus scilicet & animam, certo tamen modo ac ratione illud prædicatur. 2. quia discipuli eo nomine vel maxime contristabantur, quod Christum secundum humanam Naturam abiturum & ad cælos ascensurum audirent Joh. 16. 7. hisce ergò cogitationibus de omnimoda ipsius juxta humanam Naturam absentia opposita est hæc promissio. *Ego* Jesus Nazareus passus, mortuus ac resuscitatus, qui ad vos loquor & à vobis

conspicior, vobiscum sum. 3. quia hæc promissio præsentia nititur verbis proximè præcedentibus de Universali potestate in cælo ac terra Christo data. Jam verò illa potestas secundum humanam Naturam, Christo data est, ut superius fuit demonstratum. Ergò humana Christi Natura ab hac præsentia non debet excludi. 4. quia nomina officii competunt Christo secundum utramque Naturam, juxta Canonem Concilii Chalcedonensis à tota Ecclesia receptum. Jam verò adesse Ecclesiæ, eam regere ac defendere, dominari in medio inimicorum &c. est nomen officii, quod Christo ut Regi competit. Ergò competit ei secundum utramque Naturam. Inde complementum hujus promissionis apud Marcum sic describitur. *Illi verò (Apostoli) egressi predicaverunt ubique Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.* Christo etiam juxta humanam Naturam institutio ministerii Ecclesiastici competit, jam verò institutionem ministerii & promissionem præsentia suæ Christus in divulso nexu conjungit. *Docete omnes gentes &c. & ecce ego vobiscum sum.* 5. quia sigillum & pignus hujus promissionis de perpetua Christi nobiscum præsentia datur in sacra Cœna. Jam verò in sacra Cœna non adesset sola divina Natura, sed mediante benedicto pane distribuit in ea suum corpus, & mediante benedicto vino suum sanguinem. 6. quia hæc promissio de Christi præsentia in Ecclesia hoc à nobis requirit, ut in omnibus necessitatibus ipsum in vocemus de gratia & auxilio ejus confisi. Jam verò religiosæ adorationis cultus competit Christo secundum utramque Naturam, ut superius ostendimus. Ergò etiam hæc promissio præsentia utramque Christi Naturam complectitur. 7. quia Christus ita ascendit ad cælos, ut *ipsis cælis excelsior factus* Heb. 7. ver. 26. *ad dextram Dei confederit.* Marc. 16. v. 19. quæ sessio ad dextram Dei sic describitur in Scripturis sacris, quòd complectatur præsens ac potens dominium in cælo ac terra. Psalm. 110. ver. 2. 1. Corinth. 15. ver. 25. Ephes. 1. ver. 20. & seqq. cap. 4. ver. 10. &c. Ergò ab hac promissione præsentia non potest excludi humana Natura, juxta quam ad cælos ascendit, & ad dextram Dei confedit. 8. quia Christus est *caput Ecclesie* non solum secundum divinam, sed etiam juxta humanam Naturam Ephes. 1. ver. 22. Colossi. 1. v. 18. jam verò non convenit caput ac membra locorum intervallis invicem disjungi. 9. quia typo respondere debet antitypus. Jam verò Christus *ambulat in medio candelaborum aureorum*, id est, Ecclesiarum Apocal. 1. ver. 13. ubi describuntur ejus membra, *caput, oculi, pedes, vox, dextra, os, facies*; Ne quis humanam Naturam ab illa præsentia excludat; Paulus in via ad Damascum videt Jesum. Act. 9. 27. qui in carcere etiam ipsi adfuit. Act. 23. v. 11. 2. Tim. 4. v. 17. Reliqua argumenta à subjectione omnium, à dominatione, ab impletione omnium &c. deducta alibi explicantur, quemadmodum etiam illud, quod per hanc Christi *θεω ἰσχύς* præsentiam non introducatur expansio, vel extensio, vel diffusio, vel diductio, vel multiplicatio, vel monstruosa quædam *συμπάρεκτασις*; quæ omnia sunt absurdationis humanæ in divinis mysteriis miserè cœcutientis somnia; neq; per hanc potentissimam Christi secundum utramque Naturam præsentis dominationem proprietates humanæ Naturæ abolerentur, vel

vel Naturæ invicem confunduntur, sed salvamane-
nente Naturarum distinctione, salvæ earundem
proprietas, potentia, majestas & gloria Christo
ut homini in exaltatione data juxta Scripturam du-
ctam explicatur. Addit Christus se Apostolis adfu-
turum omnibus diebus. Post resurrectionem quadra-
ginta illis diebus ascensionem antegressus sæpius ap-
paruerat Apostolis, non tamen continuè illis visi-
bilibiter conversatus fuerat, ne igitur existimarent in
posterum etiam certis tantummodò temporibus
ipsam ad futurum atq; iterum recessurum, ideo di-
cit se omnibus ac singulis diebus ipsis ad futurum,
de tali ergo præsentia loquitur, quæ cum ex unione
personali & sessione ad dextram Dei oriatur, est per-
petui temporis. Tandem dicit, se præsentem Apo-
stolis fore usque ad consummationem sæculi, hoc est,
usque ad finem mundi, ita enim *Ἐπιτέλεια ἡ αἰῶν*
usurpatur apud Evangelistam Matthæum cap. 13.
v. 39. 40. & 49. cap. 24. v. 3. *ὁ αἰὼν* accipitur alibi pro
æternitate Matth. 6. v. 13. c. 21. v. 19. Marc. 3. v. 29.
Joan. 4. v. 14. &c. dicitur enim quasi *αἰῶν*, ut do-
cet Aristoteles lib. 1. de cælo. Sed quia hic additur
Ἐπιτέλεια, quæ in æternitate non habet locum, ex
eo intelligitur, quòd pro tempore hujus vitæ sive
duratione hujus mundi usurpetur, quod tempus
differentiæ causâ vocari solet *ὁ αἰὼν τῆς ζωῆς*. Matth.
12. v. 32. cap. 13. v. 22. *ὁ ὄντων αἰὼν* 2. Timoth. 4. v. 10.
Tit. 2. v. 12. &c. sicut contra æternitatem dicitur *ὁ ἐπι-
τέλειος αἰὼν*, Marc. 10. v. 30. Luc. 18. v. 30. &c. *ὁ
μέλλον αἰὼν* Hebr. 6. vers. 5. & in plurali *αἰῶνες*.
Matth. 6. v. 13. Luc. 1. v. 33. &c. Item *αἰῶνες αἰῶνων*
Galat. 1. v. 5. Ephel. 3. v. 21. &c. Syrus habet vocem
עלמא quæ itidem significat cum æternitatem tum
certum tempus in hoc sæculo, cujus tamen dura-
tio est occulta & abscondita. Rabini dicunt *עולם
הבשר* *עולם הרוח* *עולם הבא* *דוּס מונדוס* *דוּס מונדוס*
Mundum hunc & *mundum futurum*. Dicunt et-
iam esse tres mundos, videlicet primò est
עולם השפל *Mundus inferior*, qui est hic mun-
dus, videlicet terra: deinde *עולם התיכון* *Mun-
dus medius*, qui est mundus sphaerarum & stella-
rum, videlicet cælum sive regio aërea. Denique
עולם העליון *Mundus superior*, qui est mundus Dei
& Angelorum, & animarum. Christus hic lo-
quitur de mundo præsentem & inferiore, cujus *τέ-
λος* sive *Ἐπιτέλεια* certo tempore futuram innuit,
ut doceat completo electorum numero & adimple-
tis illis omnibus, quæ per prædicationem Evange-
lii perficienda, se rediturum ad iudicium, ex quo
etiam colligitur, cur illa *Ἐπιτέλεια ἡ κόσμος* differa-
tur, nimirum, quia nondum completus est electo-
rum numerus. Vult etiam mentione hujus *Ἐπιτε-
λείας* Apostolos in munere delegato animosos red-
dere, quòd odia & adversitates hujus mundi parvi
æstimare, & ad æterna præmia in cælis sibi promisa
intentis oculis respicere debeant, cum *schema*
hujus mundi citò prætereat, 1. Cor. 7. v. 31. Quare au-
tem promittit se Apostolis ad futurum usq; ad con-
summationem sæculi, cum tamen Apostoli tam-
diu non vixerint? Resp. 1. hoc ipso promittit, se
per verbum ipsorum sibi collecturum Ecclesiam
ad finem usque mundi, contra quam nec ipsæ in-
ferorum portæ prævaliturae sint. Matth. 16. v. 18. ac
proinde se contra omnes Satanae ac mundi furores
conservaturum ministerium Verbi & Sacramento-

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quinta.

rum, per quod Ecclesia in hoc mundo colligitur,
sicut & Paulus ex hoc fundamento scribit: *Morrem
Domini circa administrationem Cene annunciandam
esse, donec Christus veniat ad iudicium* 1. Cor. 11.
v. 26. Chrysostr. & Theophyl. h. l. *Non solum
Apostolis hoc est pollicitus, quod cum ipsis sit, sed sim-
pliciter discipulis suis omnibus, neque enim Apostoli ad fi-
nem mundi victuri erant, unde & nobis, & his, qui post
nos erunt, hoc promissit. Ergo in persona Apostolorum
toti Ecclesiae per verbum Apostolorum plantata, &
usq; ad finem mundi conservanda hæc promissio
datur, sicut & Christus Joh. 17. v. 20. in precibus suis
omnes fideles complectitur. Non pro illis tantum
(Apostolis) rogo, sed pro illis etiam, qui credituri sunt per
verbum eorum in me. 2. promittit se scripta Apostolo-
rum in Ecclesia usque ad finem mundi conservatu-
rum. Quamvis enim Apostoli hodie non amplius
in hoc mundo vivant, tamen in suis Scriptis adhuc
vivunt, quæ mirabili Dei providentiâ in Ecclesia
hactenus invariata conservata sunt, & usq; ad finem
mundi conservabuntur, cum hæc Apostolorum ut
& Prophetarum scripta sint fundamentum illud, su-
per quod extructa est Ecclesia. Eph. 2. v. 20. Apoc.
21. v. 14. 3. promittit deniq; Apostolis, quod in me-
dia morte ipsos conservare velit, atq; eos ad seipsum
accipere, ut sint illis, ubi ipse est, juxta dulcissimam
promissionem. Joh. 14. 3. Quemadmodum enim
Christus cum Apostolis fuit in toto vitæ ac ministe-
rii curriculo, h. e. suâ gratiâ, suo auxilio, suoq; Spiritu
ipsis præsens fuit, sicut hæc promissio declaratur
Joh. 14. v. 16. *Ego rogabo Patrem & alium Paraclerum
dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum* v. 17. *Spiri-
tum veritatis, qui apud vos manebit & in vobis erit* v. 18.
non relinquam vos orphanos, veniam ad vos: ita Apo-
stoli post mortem fuerunt cum Christo Phil. 1. v. 23
i. e. translati sunt in statum gloriae & vitæ æternæ,
ubi Christum à facie ad faciem intuentur ac semper
sunt cum eo. 1. Thess. 4. 17. quæ beatitudo omnibus
electis, qui per verbum Apostolorum verè & per-
severanter in Christum credunt, olim contingeret.
Quod enim Christus h. l. promittit, se cum Apo-
stolis & fidelibus futurum usq; ad consummationem
sæculi, nequaquam sic intelligendum est, quasi post
finem mundi non amplius cum ipsis sit futurus,
*tunc enim magis nobis aderit, ubi videbimus eum claris
& mundis, ut Theoph. hic loquitur, exprimit igitur
illud tempus, quo videri poterat non futurus cum
fidelibus, quod autem post consummationem sæculi
cum illis futurus sit, de eo nulla poterat esse dubita-
tio: idem proinde iudicium sit de particula *usq;*, quod
est, de particula *donec*, quæ ita præcedentia includit,
ut tamen sequentia non excludat. Gen. 8. v. 7. 1. Reg.
15. v. 35. 2. Reg. 6. v. 23. Psal. 110. v. 2. Matth. 1. v. 25.
c. 5. v. 26. &c. Potest etiam phrasim aliquid monere:
In hac vita dum in corpore sumus, peregrinamur à Domi-
no 2. Cor. 3. v. 6. *per fidem enim ambulamus & non per
speciem* vers. 7. promittit autem Christus, se nobis-
cum futurum, i. e. non destitutum nos suâ gratiâ,
suoque auxilio; quando autem per mortem pere-
grinamur ex corpore, tunc præsentem sumus ad Domi-
num vers. 8. h. e. intuemur eum à facie ad faciem.
1. Cor. 13. v. 12. & videmus ipsius gloriam. Joh. 17. v.
24. Christus ergò promittit, se cum fidelibus usq; ad
consummationem sæculi futurum, interim tamen
non negat, fideles post mortem ac sæculi consum-**

Y y 4 matio-



mationem cum ipso in cœlesti gloria futuros, ut diversus præsentia modus hac ratione insinuetur, in hac vita nobiscum est in tribulatione Ps. 91. v. 15. regit, docet, sustentat, protegit nos: in vita æterna nos cum ipso sumus in cœlesti gloria, ubi videmus eum sicut est 1. Joh. 3. v. 1. Eadem ratione Paulus dicit 1. Cor. 15. v. 24. quod Christus in extremo die traditurus sit regnum Dei Patri, non quod tunc desinet regnare, est enim Rex æternus, & regni ejus non est finis. Luc. 1. v. 34. sed quia modus administrandi hoc regnum per verbum & Sacramenta desinet, ac fidei succedet visio, spei fruitio, & caritatis erit perfecta consummatio. Hac igitur promissione de Christi præsentia & nos freti laborem nostrum in Domino non fore inanem vel irritum statuamus 1. Cor. 15. v. 57. Novatianus Romanæ Ecclesiæ Presbyter lib. de Trinit. cap. 12. in oper. Tertull. p. 630. divinitatem Christi ex hoc loco probat. *Quomodo*

Esaias (inquit) Ecce virgo concipiet, & pariet Filium: & vocabitis nomen ejus Emanuel; quod interpretatum est, Nobiscum Deus: sic Christus ipse dicit: Ecce ego vobiscum sum usq; ad consummationem sæculi, est ergo nobiscum Deus, imo multò magis etiam in nobis est. Nobiscum est Christus, est ergo, cujus nomen est, nobiscum Deus, quia & nobiscum est. Aut nunquid non est nobiscum? quomodo ergo dicit, se nobiscum esse? est ergo nobiscum. Sed quoniam nobiscum est, Emmanuel, id est, nobiscum Deus dictus est. Deus ergo, quia nobiscum est, nobiscum Deus dictus est. Hæc ille. Nobis convenit seriis precibus Christum rogare, ut memor hujus suæ promissionis sit nobiscum in via, nosque sibi conjungat in cœlesti patria.

*Vera fides sanat, mundat. Baptismatis unda,
Ergo, Christe, tuo munere salvus ero.*

CAPUT CCXVII.

CHRISTUS ANTE SUAM ASCENSIONEM CERTIS
MANDATIS APOSTOLOS INSTRUIT.

LUC. 24. v. 49. ACTOR. 1. v. 2.

RATIO ORDINIS.

INter solennem & publicam illam manifestationem in monte quodam Galilææ coram plus quam quingentis fratribus factam & inter novissimam Christi manifestationem immediatè ante ascensionem factam, quod interferi possit, nihil quicquam apud Evangelistas occurrit. Ex Paulo autem colligitur, quod manifestatio seorsum facta Jacobo sit inferenda, is enim 1. Cor. 15. v. 5. 6. 7. manifestationes Christi post resurrectionem hoc ordine commemorat, quod visus sit 1. *Cepha* sive Petro. 2. *duodecim Apostolis.* 3. *plus quam quingentis fratribus simul,* quæ est apparitio proximè descripta. 4. *Jacobo.* 5. *Apostolis omnibus,* quæ est apparitio facta ipso ascensionis die. Sed quia manifestationem illam Jacobo factam Evangelistæ non describunt, ideò ad mandata Apostolis in novissima ante ascensionem suam manifestatione à Christo data rectè progredimur. Colligitur autem ex Evangelistarum descriptione, quod Christus primùm Hierosolymis duabus vicibus discipulis suis apparuerit, deinde iisdem juxta mandatum suum in Galilæam profectis, itidem duabus vicibus ibi apparuit, ubi verisimile est, diutius ipsum fuisse cum eis conversatum,

ac de regno Dei collocutum Act. 1. v. 22. tandem verò ut ex descriptione Evangelistarum colligitur, Apostolis è Galilæa Hierosolymam redire jussis denuò apparuit, eosq; in Bethaniam eduxit, ubi ex monte oliveti coram oculis ipsorum elevatus in cœlum confedit ad dextram Dei. Quod si omnes Christi apparitiones post resurrectionem colligere esset animus, superioribus atxenda etiam esset ea, quæ facta est Apostolo Paulo, cujus ipse meminit 1. Cor. 15. v. 8. quamque latè describit Lucas Act. cap. 9. v. 22. & 26. sed quia ea secundo post ascensionem Christi anno demùm contigit, ideò meritò hoc loco præmittitur. Cæterum quod mandata illa, quæ in hac pericope describuntur, Historiæ ascensionis sint præmittenda patet ex eo, quod ex descriptione Luca colligitur, Christum ea Apostolis suis dedisse, cum adhuc in urbe essent, ac postea demum in montem oliveti eos eduxisse, ex quo in cœlum ascendit: Quare verò certis mandatis Apostolos suos Christus prius instruere voluerit, antequam per ascensionem visibilem & familiarem suam præsentiam illis subtraheret, ex sequente Evangelii manifestum erit.

MANDATA A CHRISTO ANTE ASCENSIONEM
APOSTOLIS DATA.

LUC. 24.

49. Καὶ (ἔπειτα ὁ Ἰησοῦς μαθητῶν,) ἰδὲ ἐγὼ ἀποπέμνω πρὸς ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ ἕως ἂν ἐνδύσηθε δυνάμιν ἐξ ὕψους.

49. Et (dixit Jesus discipulis) Ecce ego mitto promissum Patris mei super vos. Vos autem sedere in civitate Hierusalem, quoad usq; induamini virtute ex alto.

ACT. 1.